 ginosum de quo ait Aug. in sup-
 gen. ad lram. Aer caliginosus est
 quasi carcer demonibus usque ad
 tempus iudicii. et Thomas pri-
 ma parte questione sexagesima.
Locus iste datur demonibus
 ratione exercitacionis humane na-
 turam salutis nostre pretendit
 usque ad diem iudicii et usque tunc
 durat ministerium angelorum et
 exercitacio demonum. descendunt
 tamen aliqui ad infernum ut ibi
 damnatos vexent. Post diem vero
 iudicii simul cum damnatis homi-
 nibus ibi omnes recludentur. Sed
 hic speculari libet quoniam esse extra
 celum empyreum non debet demoni-
 bus in pena cedere quoniam spiritualis na-
 tura non afficitur loco. ergo nul-
 lus locus est demonibus penalis.
Respondet Thomas prima parte
 questione sexagesima tertia. quod lo-
 cus non est penalis angelo aut
 anime quasi afficiens alterando
 naturam sed quasi afficiens volun-
 tate contristando dum angelus vel
 anima apprehendit se esse in loco non
 convenienti. Si vero obiceret quod an-
 gelus non sit in loco quod dicit Bo-
 etius in libro de ebdomadibus.
Comunis animi concepcio apud
 sapientes est incorpalia in loco
 non esse. Et Aristoteles quarto
 physicorum. Non omne quod

est est in loco sed mobile cor-
 pus. ergo angelus non est in lo-
 co. Respondet Thomas prima
 parte questione quinquagesima
 tertia. quod equivoce dicitur esse
 angelus in loco et corpus. cor-
 pus enim est in loco per hoc quod
 applicatur loco secundum tractum di-
 mensive quantitatis que qui-
 dem in angelis non est. sed est
 in eis quantitas virtualis. per appli-
 cationem ergo virtutis angeli-
 ce ad aliquem locum qualitercumque
 dicitur angelus esse in loco corpo-
 reo et secundum hoc patet quod non oportet
 dicere quod angelus commensur-
 ret loco vel quod habeat situm in co-
 tinuo. hec enim conveniunt corpori
 locato. put est quantum quantitate di-
 mensiva. Similiter etiam non
 oportet propter hoc quod continetur
 a loco. Nam substantia incorpo-
 rea sua virtute contingens re; in
 corpoream continet ipsam et non
 continetur ab ea. Anima enim est in
 corpore ut continens non ut contenta.
Sic angelus dicitur esse in loco corporeo
 non ut contentus sed ut continens aliquid mo-
 do. Addit Thomas quod diversis
 mode esse in loco convenit cor-
 pori angelo et deo. Nam corpus
 dicitur esse in loco circumscriptive
 cum non mensuretur loco. sed
 diffinitive quia ita est in uno lo-
 co non in alio. Deus autem ne-
 que circumscriptive neque diffini-
 tive quia est ubique. quomodo
 autem hoc sit non potest intelligi

ab humano sensu. vt dicit ma-
gister in primo di. xxxvij. vbi
inducit Cusostomū sup episto-
lam ad hebreos dicentem. sicut
multa de deo intelligimus que
loquā penitus nō ualemus. ita
multa loquimur que intelligere
nō sumus ydonei. uerbi gratia
q̄ ubiq̄ deus est et scimus ⁊
dicimus quomodo autem ubiq̄
q̄ sit intellectu non capimus.
Item q̄ est in corpore a quedam
uirtus que omnū est causa bo-
norum scimus. que autem ipsa
sit penitus iguoramus. Et au-
tem redeamus ad angelos. No-
ta s̄m Cādul. di. viij. ⁊ quod
opinio est modernorum. Q̄
angelus nō est in loco p̄ appli-
cationem uirtutis sed p̄ suam
substantiam diffinitive seu pre-
sentialiter nō cōmensurabile.
nam in angelo est potentia pas-
siua ad plura ubi nec est deter-
minatus respectus alicuius. er-
go inest potentia passiuā ad of-
fendum in omnibus illis. Q̄
āt angelus hēat potētiā passiua
ad ubi patet. quia articulus
est excommunicatus dicere q̄
substantie separate nusq̄ sunt.
Similiter error ē dicere. q̄ an-
gelus est ubiq̄. ergo oportet
dicere q̄ angelus possit recipere
aliqua ubi.

Q̄ demones punientur pe-
na ignis

Tercio consideranda est
pena demonum ratione
supplicij. quia punien-
tur in igne. probatur **Matth.**
xxv. **Ite maledicti in ignem et**
num qui paratus est dyabolo
et angelis eius. et Ap. xx. **Dy-**
abolus qui seducebat eos mis-
fus est in stagnum ignis ubi
bestia et pseudo prophete cruci-
abuntur die ac nocte in secula
seculorum. et de hoc inquit Au-
gustinus in libro de fide ad pe-
trum. firmissime tene et nulla
tenuis dubites dyabolum ⁊ an-
gelos eius in ignem eternum
a christo eē mittendos ubi nū-
q̄ carebūt pena quam eis p̄pa-
rauit diuina iusticia. qualiter
vero spiritus separati patiuntur
ab igne dictum est abunde in
quadragesimali de penitētia

Q̄ pena demonum nūq̄
terminabitur

Quarto consideranda ē
pena demonum ratione
termini quia nūq̄m
finietur et quid super hoc dixit
Origenes ad hec i quadragesi-
ma diffusius est p̄tractatum
quare ex dictis constat q̄ distri-
ctus iudex est deus. qui p̄pter
unum peccatum angelis nūq̄
pep̄it. et vt dicit **Thy. i. p̄te. q.**
lxiiij. Tenendum est firmiter
q̄ uoluntas bonorum angelorū

confirmata est in bono et voluntas demonum obstinata est in malo. Causam autem huius obstinationis non oportet accipere ex gravitate culpe sed ex conditione nature seu status. quia ut dicit **Hug.** li. de fide ad **Petrū**. Sic deus creavit angelos ut qui vellent perpetuo boni essent qui autem nolent nunquam eos diuino munere repararet. Dicitur in eternum demones obstinati luent penam nequicie sue a quibus nos liberet christus redemptor benignus Amen.

Sermo quartus de bello quod continue geritur inter demones et homines.

Dominus in cotidiana frequentique pugna cum angelis malis que nos temptare non desinunt ut peccatores eorum tandem iungamur societati. Ex hoc petri. i. epist. c. ij. dicebat. **Robrii estote et vigilate** quia aduersarius vester dyabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem deuoret. **Cui resistite fortes in fide.** Et etiam sancta in officio apostolorum nos sic ammonet. **Estote fortes in bello et pugnate cum antiquo serpente et accipietis regnum eternum.** Quia tamen plerique quandoque diffidunt nec arbitrantur se posse demonum effugere mil-

le nocendi modos. sicque in pessima peccata labuntur. **Idcirco** in hoc sermone aliqua de ipsis demonibus aperiemus. quibus intellectus poterit quilibet animi vires assumere ad pugnam dum strenue cum illis qui nostram perditionem percurant. de quibus tanta misteria erunt declaranda

Primum de prescientia

Secundum potentie

Tercium resistencie

De prescientia demonum et quomodo liter omnia disponunt ad interitum hominum

Capitulum primum

Habent demones in se deputata maledictionis officia et curia que prout ordinant ad trahendum homines ut dei precepta transgrediantur. Imperant superiores et inferiores obediunt. Sed per huius partis clariorem notitiam de prescientia demonum locutura consideremus illam secundum triplicem respectum.

Primo respectu angelorum malorum

Secundo respectu angelorum bonorum.

Tercio respectu corporum superiorum.

Qualiter demones presunt

Primo consideremus prescientiam demonum respectu ipsorum angelorum locum malorum. Utrum scilicet inter eos sit prelatus. Et arguunt

quidam quod non. **P**rimo quod omnis
prelacio est secundum aliquem ordinem
iusticie. **S**ed demones totaliter
a iusticia ceciderunt. ergo in eis non
est prelacio. **S**ecundo ubi non est obe-
dientia et subiectio. non est prela-
cio. hec autem sine concordia esse
non possunt que in demonibus nulla
est. secundum illud puerb. xiiij. **I**nter
superbos semper sunt iurgia. er-
go in demonibus non est prelacio.
Tercio si in demonibus esset aliquod
prelacio aut hoc pertineret ad eo-
rum naturam aut ad eorum cul-
pam vel penam. **N**on ad eorum
naturam quia subiectio et seru-
tus non est ex natura. sed ex pec-
cato subsecuta. nec pertinet ad
culpam vel penam quia sic supe-
tiores demones qui magis pec-
tauerunt inferioribus subdren-
tur. non ergo est prelacio in demo-
nibus. **I**n contrarium est ipsa
veritas. **N**am glo. i. ad cor. xv.
dicit. **Q**uandiu mundus durat an-
geli angelis homines hominibus
et demones demonibus presunt.
Prelacio quare inter demones est
prelacio. secundum **T**ho. q. et. q. actio
sequitur naturam rei quocumque
quod nature sunt ordinate oportet
quod etiam actiones subinuenem or-
dinentur sicut patet in rebus cor-
poralibus. **Q**uia enim inferiora cor-
pora naturali ordine sunt infra
celestia corpora actiones et mo-
tus eorum subduntur actionibus

et motibus celestium corporum. ma-
nifestum est autem quod demonum
quidam naturali ordine sub alijs
constituuntur. unde et ac-
tiones eorum sunt sub actionibus
superiorum et hoc est quod ratione
prelacionis factum. ut scilicet actio subdi-
ti subdatur actioni prelati. **P**er
igitur ipsa naturalis demonum
dispositio requirit quod in eis sit pre-
lacio. **C**onuenit etiam hoc diu-
ne sapientie que nihil inordinat
sed inordinatum relinquit que at-
tingit a fine usque ad finem forti-
ter et disponit omnia suaviter
ut dicitur sapientie. viij.

Ad primum ergo dicendum
quod prelacio demonum non fun-
datur super eorum iusticia. sed
super iusticia dei cuncta ordi-
nantis.

Ad secundum dicendum quod
concordia demonum qua quidam
alijs obediunt non est ex amici-
tia quam inter se habeant. sed
ex communi nequicia qua homi-
nes odiunt et dei iusticie repu-
gnant. **E**st enim proprium ho-
minum impiorum ut eis se ad-
iungant et subiciant ad propriam
nequiciam exequendam quam
potiores viribus vident.

Ad tertium dicendum quod
demones non sunt equales secundum
naturam. unde in eis scilicet demo-
nibus est naturalis prelacio quod
in hominibus non contingit qui

natura sunt pares. quod autem superioribus inferioribus subdantur non est ad bonum superiorum. sed magis ad malum eorum. quia cum mala facere maxime ad miseriam pertineat preesse in malis est et magis miserum.

Qualiter angeli boni habent prelationem super demones

Secundo consideremus prelationem demonum respectu angelorum bonorum. Vbi videndum erit an boni angeli habeant prelationem super malos. et possit argui quod non. pro quia prelatio angelorum prelatio attenditur secundum illuminationes. sed mali angeli cum sint tenebre non illuminantur a bonis. ergo boni angeli non habent prelationem super malos. Secundo ad negligentiam prelatio videtur ea que per subditos male fiunt. Sicut patet. lxxxij. di. c. Error. c. Consentire. c. Quid enim prodest. lxxxij. di. c. Peruenit. lxxxvi. di. c. Facientis. ij. q. vij. c. Negligere. xvij. q. ij. c. Si quis. xxij. q. ij. c. Qui potest. exte. d. homicidio. c. Sicut dignum. Sed demones multa mala faciunt. si ergo subfuit prelatio bonorum angelorum videtur in angelis bonis esse aliqua negligentia quod est inco-

ueniens. Tercio prelatio angelorum sequitur nature ordinem. sed si demones de singulis ordinibus cederunt ut communiter dicitur quia ipsi et si non fuerunt in ordinibus simpliciter. fuerunt tamen secundum quod in quantum erant alii qui dispositi si stetissent esse de uno ordine alii de alio secundum naturam dispositionem suorum naturalium. Dicuntur tamen demones multis bonis angelis sunt superiores ordine nature. non ergo boni angeli prelationem habent super omnes malos. Contra istos est auctoritas Augustini. qui tertio de trinitate ait. Spiritus vite de se totus atque peccator regitur per spiritum vite rationale primum bonum et iustum. et Gregorius dicit quod potestates dicuntur angeli. quorum ditioni virtutes aduersae subiecte sunt. Rndet Tho. ubi supra quod totus ordo prelatio primus et originaliter est in deo et participatur a creaturis secundum quod deo magis appropinquat. Illa enim habet que sunt perfecti enim creature super alias influentes et deo propinquiores. Maxima autem perfectio et quam maxime deo appropinquatur est creaturarum fruendum deo. sicut sunt sancti angeli. qui perfectione demones priuatur et ideo boni angeli super malos prelationem habent et per eos

reguntur. **A**d primum ergo dicendum quod per sanctos angelos multa de diuinis misteriis de demonibus reuelantur cum diuina iusticia exigat ut per demones aliqua fiant vel ad punitionem malorum vel ad exercitacionem bonorum. Sicut in rebus humanis assessores iudicis reuelant totibus eius sententias. Huiusmodi autem reuelaciones si ad angelos reuelantes competunt illuminaciones sunt qui ordinant eas ad deum. ex parte vero demonum non sunt illuminaciones quia eas in deum non ordinant sed ad exactionem proprie iniquitatis. **A**d secundum dicendum quod sancti angeli sunt ministri diuine sapientie. unde sicut diuina sapientia permittit aliqua mala fieri per malos angelos vel homines propter bona que ex eis elicit. ita et boni angeli non totaliter prohibent malos a nocendo. **A**d tertium dicendum quod angelus qui est inferiori ordine nature preest demonibus quibus superioribus ordine nature quia virtus diuine iusticie cui inherent boni angeli potior est quam virtus naturalis angelorum. unde et apud homines spiritualis iudicat omnia ut dicitur prima ad corinthios. ij.

Quod demones non subduntur

actiombus corporum celestium

Tertio consideremus presenciam demonum respectu corporum superiorum ubi disputandum est utrum demones subdantur actiombus corporum celestium. Et quidam contendunt quod sic. Primum quia demones sunt certa augmenta lune aliquos homines vexant qui propter hoc lunatici vocantur. ut patet **Marc. iij. et. xij.** Sed hoc non esset nisi corporibus celestibus subiacerent. ergo subiacent actiombus celestium corporum. Secundo nigromantici obseruant certas constellationes ad inuocandos demones quod non facerent si demones corporibus celestibus non subderentur. Tertio celestia corpora virtuosiora sunt quam inferiora sed quibusdam inferioribus corporibus demones arcentur scilicet herbis lapidibus et somis quibusdam ac uerbis ut a porphirio dictum **Aug.** introducat. x. de ciuitate dei. g. merito magis demones subduntur actiombus celestium corporum. Contra ista omnia est ipsa ratio. Nam demones sunt superiores ordine nature quam corpora celestia. Agens autem est superius patiente. ut **Aug.** dicit **xij. sup. gen. ad lit.** Cum ergo demones sint substantie intellectuales

corporib⁹ nō v̄m̄te patet q̄ rō
 subdūtur adīōm̄ corpōz celestī
 um nec per se nec per accidens
 nec directe nec indirecte. Ad p̄
 mā respōdet **Thō. q. cxvii. par**
 tis. q̄ demones s̄m̄ certa aug
 menta lune cōtingit v̄xare pp̄
 ter duo. **Primo** quidē ad hoc q̄
 infamēt creaturā dei sc̄z lunam
 vt **Tri. et Ihero. dicūt. Secūdo**
 quā cū nō possunt operari nisi me
 dianabus naturalibus virtuti
 bus vt dicitur in suis operibus
 cōsiderant corpōz aptitudines
 ad effectus intentos manifestū
 est q̄ cerebrū est humidissimuz
 om̄mū parciū corpōis vt **Aris**
sto. dicit. et ideo maxime subj
 titur operaciōm̄ lune que ex sua
 pp̄ietate habet mouere humo
 re. In cerebro autē perficiūt v̄
 res animales. et ideo demones
 s̄m̄ certa augmenta lune per
 turbāt hominis fantasiā q̄ndo
 cōsiderant cerebrū eē ad hoc di
 spositū. Ad secūdu dicit **thō. q̄**
 demones aduocati in certis cō
 stellaciōib⁹ veniūt pp̄ter duo.
Primo vt homines in hūc erro
 rem inducant q̄ credant aliq̄
 numē eē in stellis. **Secūdo** q̄
 cōsiderāt s̄m̄ aliquas certas cō
 stellaciōes materiam corpōrale
 eē magis dispositam ad effect⁹
 p̄ quib⁹ aduocant. Ad secū
 dū vero dicit **Aug. x. vel. xi. de ci**
 uitate dei. q̄ demones alliaunt
 per vana genera lapidū herba

rūm lignorūm animatūm car
 minū ritū nō vt animatia abis
 sed vt spūs signis in q̄tum hec
 eis exhibentur in signū honoris
 diuinū cuius ipsi sūt cupidi. nā
 vt dicitur. **xxvi. q. v. c. Nec mi**
 rum. Ad hoc imitatur dyabol⁹
 vt adoret quasi deus

De potentia demonū que su
 perat s̄m̄ naturā om̄ne potēciā
 hominum

Capitulum secundum

AD potentiam demonū
 iam sermo n̄ vertēd⁹
 est. Equidem vix p̄nt
 credere multi que de illa veracis
 sime sunt cōscripta. verū tamen
 preterea que sancti doctores di
 cunt ad sunt cotidiana exēpla
 eorū qui magis artib⁹ inuolu
 ti stupēda et ineffabilia quodā
 modo operari vidētur. Has ar
 tes vt **Psidorus inquit. viij. li.**
ethimo. Primus inuenit 3 cōo
astes rex Bactrianorū quem Ni
nus rex assiriorū interfecit. De
quo etiam Aug. li. xxi. de ci. dei
c. xiiij. asserit. q̄ q̄n natus ē p̄
mo r̄sit. Inmiscet se hm̄oi ar
tib⁹ demones et permittētē do
fiūt que homines facere nullo
pacto possent vt tū ista magis
nobis innotescāt cōsideranda
noti; occurrit potentia demo
nū s̄m̄ triplice m̄ respectū

Primo respectu miraculorum
Secundo respectu delusionum
Tercio respectu vexationum

Quod demones quibus non possunt
facere miracula. possunt tamen
facere vera opera supra facultatem
hominum.

Primo consideranda est demonum
potentia respectu miraculorum. Vbi a docto
ribus disputatur utrum demones
possint miracula facere. Et respondet
Alexander in .ij. volumine summe
et Thome .i. parte .q. cxliij. quod si
miraculum proprie accipitur demones
miracula facere non possunt nec
aliqua creatura sed solus deus.
quod miraculum proprie dicitur quod fit
propter ordinem totius nature creature
sub quo ordine omnis virtus creature
continetur. Dicitur tamen quandoque
miraculum large quod excedit
humanam facultatem et considerationem
et sic demones possunt facere
miracula que scilicet homines mirantur
in quantum eorum facultatem et
cognitionem excedunt. Nam unus
homo in quantum facit aliquid quod
est supra facultatem et cognitionem
alterius ducit alium in admirationem
sui operis ut quodammodo videatur
miraculum operari. Dicendum tamen
quod quibus huiusmodi opera demonum
que mirabilia videntur ad

veram rationem miraculi non
pertingant. fuit tamen quibus vere res.
sicut magi pharaonis per virtutem
demonum veros serpentes et ranas
fecerunt. Et sicut quando ignis de
celo cecidit et familia Job cum
gregibus pecorum uno impetu
absumpsit et turbo dum deiciens
filios eius occidit. Sic etiam
demonibus operantibus factum est
ut terre atheniense summo
astaretur aquis. Refert Augustinus
in libro de civitate dei .c. ix. quod
postquam condite fuerunt
athene ut athene vocarentur quod
certe nomen a minerva est que
grece athena dicitur. Hanc causam
Varro indicat. Cum apparuisset
illuc repente obvia arbor et alio
loco aqua erupisset regem
prodigia ista mouere. Et misit
ad apollinem delicum sciscitandum
quid esset faciendum. Ille
respondit quod olea minervam
significaret unde neptunum
eo quod esset in civium
potestate ex cuius potius nomine
duorum deorum quorum illa
signa essent civitas vocaretur.
Isto autem tempore oraculo
accepto civis omnes utriusque
sexus. Nos enim tunc in
eisdem locis erat ut etiam
femine publicis consultationibus
interessent ad ferendum
suffragium conuocauit. Consulta
igitur multitudine mares
pro neptuno. femine pro minerva

tulere sententias. et quia plus
 vna inuenta est feminaz. **M**i
 nerua viat. **T**uc neptunus ira
 tus marinis fluidib9 estuātib9
 terras atlxemensiū populatus ē
 quomā spergere lacus quasi
 bet aquas difficile demonibus
 nō est. **H**ec aug. sequit̄ **T**ho.
 vbi supra qd̄ quīs materia cor
 poralis nō obediāt angelis bo
 nis seu mal̄ ad nutum nec de
 monis sua virtute possint trā s
 mutare materias de forma i for
 mam. pnt tamen adhibere que
 dam semina que in climatibus
 mūdi inueniūtur ad aliquos ef
 fectus complendos vt dicit **Au**
 gustin9 in terco libro de trinita
 te dei. **I**deo omnes transmuta
 cōnes corporalium rerum que
 possunt fieri per aliquas virtu
 tes naturales ad quas pntent
 predicta semina possunt fieri p
 operacionem demonum hys se
 minibus adhibitis. **D**icit cum
 aliq̄ue res transmutatur in ser
 pentes vel ranas que per putre
 factionem generari possunt. **I**lle
 vero transmutaciones corporali
 um rerum que non pssunt fieri
 virtute nature nulla operacōne
 demonis pfiā possunt fm rei ve
 ritatem. **D**icit est qd̄ corpus
 humanum mutetur in corp9 be
 stiale aut qd̄ corp9 hominis mo
 rtuum reuiuiscat. **D**icta sūt om
 nia ista ad confirmacionem pre
 cedentium. nam nisi pietas dei

nobis subueniret a p̄tate demo
 nū nūq̄ effugerem9

**Qualiter demon es pnt mlt
 tipliciter deludere sensus huma
 nos.**

Secūdo cōsiderāda ē de
 monū potētia respectu
 delusionū. vt ei d̄t **B**o
 na. in .ij. di. viij. pnt demones
 deludere sensus humanos et hoc
 tripliciter. **P**rimo ostēdēdo pns
 eē qd̄ nō est. **S**ecūdo ostēdēdo
 rem aliter q̄ est. **T**ercō abscon
 dēdo qd̄ pns est. **P**rimū quidē
 facit species offerēdo. **S**ecūduz
 quidē facit sensū vel obiectū
 variando. **T**ercū vero impedi
 mentū p̄stādo. **P**rimū intelli
 gi pot̄ sic. qm̄ fantasmata existē
 tia intēri9 offerūtur forti obla
 uone ipsi virtuti intēri9 vel b
 tus intēri9 fortiter illis intēri
 dit similitudo rei videtur eē veri
 tas. hoc manifestū est p̄ natu
 rā nā frenetico p̄pter ascensum
 fumositatū ad cerebrū ex modi
 ca occasione extēri9 vt qd̄ vi
 deat vel audiat multa que non
 sūt sibi p̄sētia. **S**imiliter per
 fortē cōuersionē intēri9 fantas
 matorū veritas. sicut **A**ug. exē
 plificat qd̄ qdā tāta cōuersionē re
 cogitabat cuius dā mltis yma
 ginē qd̄ ei carnalit̄ amiserit vide
 bat eadē vigilādo p̄ hunc modū
 pot̄ demon diuersa hōmī facere

apparere. Est de hoc exemplum
in .ij. dyalogor. li. vbi narrat
Greg. qualiter dū cōstrueret mona-
stherium quoddā in quo ade-
rat sanctus **Bēdētus** inuentum
est sub terra ydolum quoddā ene-
um. **Qd** cum frēs portassent in
coquinā visū est eis qd exiliū in
de flamma ignis que totā coquinā
nam potuissēt incendere. **Qd** cū
p spm cognouissēt beatus **Bene-**
dictus curcurit ad eos et oracō-
ne facta fantasticiū illud euanu-
it. **Secūdo** pot dyabolus delu-
dere sensus ostendendo rem ali-
ter qd est. nam naturaliter pot cō-
tingere hoc ppter variationē ali-
quā ex pte organi. **Sicut** quan-
do humor sanguineus vel vapor
igneus descendit ad oculos vi-
detur homini qd ea que exteriūs
sunt sint rubra. **Vel** ppter vari-
acionem aliquā ex pte obiecti si-
cut cōtingit aliquādo qd ex posi-
tione candele vel disposicione pa-
learū videtur palee eē serpen-
tes. **Tercio** pnt dyaboli delu-
dere sensus abscondendo qd p-
sens est. **Nam** res que presens
est dupliciter pot latere sensū no-
strū. **Aut** qd impedit virtus sen-
sus ne pueniat ad sensibile. **Aut**
qd impeditur species sensibilis
ne pueniat ad sensum et utroq;
mō fieri pot virtute demonis. **De**
hac delusione diffuse loquitur
Aug. xviii. li. de ciui. dei. c. xvij.
xviij. et. xix. vbi induit qd tra-

dūt gētales de sotijis dyomedis
cōuersis in volucres dicuntq; tē-
plum **Dyomedis** esse in insula
Dyomedea non longe a monte
Gargāo qui est in apulea et hoc
templū circumuolare atq; inco-
lere aues illas tam mirabili ob-
sequio vt aqua impleant et a-
spargant et eas si greci uenerint
vel grecorum stirpe pgeniti nō
solum quētas eē. verum etiā
insuper adulatū. **Si** autem alie
migenas uiderint subuolare ad
capita tamq; grauib; idib; vul-
nerāre vt etiam pūmantur. **Nā**
dūt et grandib; costis satis
ad hec prelia phibentur armate
Hec **Varro** vt astruat cōmemo-
rat alia nō minus incredibilia
de illa mag; et famosissima **Circe**
que socios quoq; **Ulixis** conuer-
tit in bestias et de archadibus
qui sorte ducti tras natabāt qd-
dam stagnum atq; ibi conuer-
tebantur in lupos et cum simili-
bus feris per illius regionis des-
serta uiuebant. **Si** autem car-
ne nō uiscerentur hūana rursus
post nouem annos eodem rena-
tato stagno reformabantur in
homines. **Si** em dixerimus hec
nō eē credenda non desunt qui
dicant se talia fuisse exptos. **Nā**
et nos inquit **Aug.** cum eē in
in **Italia** audiebam; talia de q-
dam regione illarum pūz vbi
stabularias mulieres in caseo
dare solere dicebant imbutas

hijis malis artibus quibus vel-
lent seu possent viatoribus unde
in iumenta illico vertentur et
necessaria queq; portarent Post
q; perfuncta opera iterum ad se
redirent nec tamē fieri in eismē-
tem bestialem sed rationale hu-
manāq; seruari. Dicit Apuley-
us in libris quos asini aurei ti-
tulo inscripsit sibi huiusmodi ac-
cidisse ut accepto veneno humano ani-
mo permanere asinus fieret aut iu-
dicauit aut finxit. hec vel falsa
sunt vel tam inusitata vt merito
non credantur. Firmissime ta-
men credendum est non solum
animum sed nec corpus quide-
vlla ratione arte vel potestate
demonum in membra et limas-
menta bestialia posse conuerti.
Sed potest esse vt corpora ipsa ho-
minū alibi iaceant viuencia
quidem sed multo grauius atq;
vehementius q̄ somno suis sen-
sibus obseratis. talisq; etiam si
ibi ipse homo videat sic vt talis
videri sibi possit in somnis et por-
tare onera que onera si vera sūt
corpora portantur a demonibus
vt illudatur hominibus. Nā qui-
dam nomine Prestantius patri
suo contagisse indicabat vt vene-
num illud per caseum in domo
suo sumeret et iaceret in lecto suo
quasi dormiens qui tamen nul-
lo modo poteat excitari. post au-
tem aliquot dies cum velut euig-
ilasset dicebat et quasi somnia

narrabat que passus est. Cabal-
lum se se factum armonam in-
ter alia iumenta militis bau-
lasse quod itavt narrauit factū
fuisse cōptū est que tamē ei sua
somnia videbantur. Indicauit
et alius se in domo sua p̄ noctē
ante q̄ requiesceret vidisse veni-
entem ad se p̄ h̄m quēdā sibi no-
tissimū sibi q; exposuisse nomul-
la platōnica que antea rogat
exponere nolūisset. et cum ab eo
dem p̄ h̄o quesitum fuisset cur in
domo ei fecerat quod in domo
sua petenti negauerat. Non fe-
ci inquit sed me fecisse somnia
ui. Ac per hoc alteri p̄ ymaginē
fantasticam exhibitum est vigi-
lanti qd̄ alter vidit in somnijs
hec ad nos eis referentibus pue-
nerūt quos nō estimamus fuisse
mentatos. Hec Aug⁹.

Qualiter demones p̄nt vexa- re corpora

Tertio consideranda ē de-
monū potentia resp̄ci
vexationum. Possunt
enim vexare humana corpora. vt
inquit Aug⁹. libro de natura de-
monum. Nam p̄pter subtilita-
tem nature possunt penetrare
quecumq; corpora sine obstacu-
lo. insup p̄nt illa corpora p̄turba-
re et molestare. vt clare p̄ i eu-
angelijs. de hys quos xps libe-
rauit. Diebus etiam meis aliquas

mulieres demoniacas vidi et au-
diui illas loquentes talia que non
nisi demones dicere potuerunt
et virtute Iesu christi liberate fu-
erunt. Inter ceteras tamen una
fuit Neapolis. Anno domini. M. C.
cccc. lxx. De qua exptus sum qui
refertur. Predicante me ibi tempo-
re quadragesimali. Donabat
vndique rumor quod anime quorundam
defunctorum intrauerat corpus
eius. loquebatur illorum yd-
iomata commemorabat gesta et que
numquam ipsa didicerat enarrabat. Ac-
cessit ad eam cum suis illustrissi-
mus Calabrie dux. Regi primo
genitus. duxit eum in admira-
tionem non parua dum secretissima illorum
defunctorum aperiebat. quadam vero
die ego ipse ad eam videndam
accessi et quod primum intraui came-
ram in qua multi aderant. Ipsa vero
iunuecula iacebat in lecto cepit
furere oculos torquere vultumque
minacem et tristem exhibere. tan-
dem clamans aiebat. Tu venisti
huc. tu ad quod ad quod. Ego re-
spondi ut tecum preher in nomi-
ne Iesu gloriosi. at illa. quod vis
volo dixi scire quis nam es. Illa
respondit. Ego sum Stephanus
siculus quondam armiger et
suspendiarius. Ego sub-
didi. mentis o fallax et immu-
de spiritus. Adiuu te per Iesum
in cuius nomine omne genu flex-
ditur celestium terrestrium et

infernorum ut veritate patefa-
cias. Tunc cum grandi mole-
stia illius corpus arroganter
respondit. Ego sum dyabolus
at ego. Quare dicebas quod eras
anima stephani siculi. et ille ut
decipiam. Ad hoc enim intendi-
mus ut decipiamus. quod vellemus
omnes homines fore damnatos
sicut et nos sumus. Iterum ego
interrogavi eum. et quare me
non decipisti sed mihi verum con-
fessus es. Ille addidit. propter of-
ficiam tuam. quod tu predicas euan-
gelicam veritatem et es inimicis-
simus noster. Ego replicavi. que-
re. quia inquit nos sollicitamus
homines ut perdamus. tu vero tra-
his illos ut convertantur. Dixi ad
huc ego. Quis ego sum. Respondit
Tu es frater robertus qui per
omnem Italiam pluribus annis
fueris contrarius operibus nostris
et nouiter venisti Neapolim et
prima die quadragesime predi-
casti in castro coram rege Ferdin-
nando. Ego perij ab illo. quare
odio habetis deum. Respondit. quod eie-
cit nos de celo empyreo et pri-
uauit nos dignitate nostra. Et
ne immeret multus per longum
spacium ad interrogata respon-
dit licet quicquid male libenter et
ita docte. ita efficaenter. ita etiam
hostiliter veritate exprimebat
quod omnino et infallibiliter de-
prehendi ipsum dyabolum esse cui a m

precepisset in nomine ihu corpus illud exiret nec eam lederet post multas cavillationes faciente misericordia dei abscessit. Sic mansit vero puella illa pallida et a me interrogata quod faceret. respondit se a somno euigilasse cum omnium membrorum suorum collisione. Quare autem deus permittat aliquando homines sic vexari. respondetur potest quod hoc facit aut ad malum in punitionem. aut ad bonorum purgationem et probationem aut ad sue glorie manifestationem. iudicia tamen eius abyssus multa.

Quare omnes volentes possunt non solum resistere demonibus sed etiam illos vincere et superare

Capitulum tertium

Quoniam audiunt homines que de demonibus dicta sunt nimio terrore corripuntur. diffiduntque posse saluari dum opus est cum hostibus tam terribilibus conferere manus. Perumtamen ut gregorius ait. debilis est hostis et non vincit nisi volentem. Quare facile est non solum resistere viribus demonum sed etiam eos vincere et superare. Ad ut plene innotescat in hoc tertio misterio ostendemus quod quilibet volens dyabolum et omnes demones ad malum nos impellentes potest confundere. probabimus autem hoc

triplici ratione:

Primo ratione ligationis
Secundo ratione custoditionis
Tercio ratione permissionis

Quod per dominum nostrum iesum christum ligata est omnis vis et potestas demonum

Primo potest videri quibus dyabolo resistere illucque vincere et superare ratione ligationis. quod per dominum iesum saluatorem nostrum eius potestas ligata est. Unde Apoc. xx. Ioh. ait. Vidi angelum. i. christum descendente de celo habentem clauem abyssi et cathenam magnam in manu sua et apprehendit draconem serpentem antiquum qui est dyabulus et sathanas et ligauit eum. Notandum tamen secundum Iona. di. xix. iij. li. quod sicut etiam dicit magister in textu per passionem christi sumus a potestate dyaboli liberati. omnis quidem quantum ad sufficientiam. sed illi soli qui sunt de eius corpore quod est etiam quantum ad efficaciam. Dyabolus enim ante passionem christi habebat duplicem manum scilicet attrahentem et impellentem. Manus attrahens erat potestas trahendi ad lumbum etiam iustos et sanctos. Manus impellens erat potestas precipitandi in malum vel per fallaciam vel per violentiam quia temptabat ut draco temptabat etiam ut leo. et prima manus scilicet attrahens erat

rante potēte vt null⁹ possit esse
sistere et hęc fuit ei om̄no ampu
tata per xpm̄. Iā em̄ nullū tūc
pōt ad lymbū trahere. q̄ p̄ passi
onē xpī deletū est tyrographuz
peccati ade. Manū autē impel
lentē habebat ita fortē vt cum
maḡ difficultate possit q̄s ei resi
stere. et ideo fere in omnib⁹ reg
nabat. om̄es em̄ vel superabat
per fraudulēciā vel per violēciā
et hęc ptās debilitata ē per xp̄m̄
per quē lumē veritatis aperitur
cōtra fraudulēciā dyabolicam
et adiutoriū v̄tutis tubiūē cōn
dyabolicā violēciā. Apparuit
autē lumē veritatis et interius
per diuinā inspirationē et exte
rius per hūanā instructionē iā
em̄ omnib⁹ est veritas p̄palata
et ideo destructa est p̄latia q̄
p̄ n̄ regnabat adiutoriū eā v̄
tutis tubiūē per gr̄e infusionē
que rēpmit cōcupiscēciā.

¶ Q̄ p̄pter angelū custodiētē
possum⁹ dyabolo resistere

Secundo p̄t vnus quisq̄
dyabolo resistere illūq̄
vincere et superare cōe
custodiēti. nā h̄nt oēs hōmes
angelū custodiētē. vt Ihero.
docet super math. et p̄mit ma
gister in. ij. dixi. quāē si temp
tat dyabolus ad malū angelū
custodiēs induat ad bonū. De
custodiā v̄to bonoz angeloz

dictū est in quadragesimali in
sermōe de amore dei ad animā
ideo hic nō cito diffusius de il
la tractare

¶ Q̄ de⁹ nō p̄mittit vt dyabo
lus temptet hominē p̄ volunta
te sua

Quod p̄t vnus quisq̄ dy
bulo resistere illūq̄ su
perare rācōe p̄missio
nis vt em̄ dicit ap̄tus p̄mo ad
cor. iij. Fidelis deus qui nō per
mittit vos temptari supra id qd̄
potestis. sed facit cū temptacōe
p̄uentū. Nūq̄ ergo de⁹ sinit a
liquē a demone impugnari cui
nō p̄stet gr̄am ne decipiat aut
opp̄imat. Nostra igitur inter
est foriter dimicare q̄ si legiti
me certauerim⁹ cōronabimur.
quia vt dicit Jacobi p̄mo Bea
tus vir qui suffert temptacōz
quomā cū p̄batus fuerit accipi
et coronā vite quā nobis lar
gias xpc̄ dei fili⁹. amen

¶ P̄mo quintis de cognicōe
superbie que fugiēda est ne cū
angelis uentib⁹ deputemur.

Nulum admodū
p̄deset nobis in
telligē q̄ dcā sūt
de iudicio dei cōn
āgelos transḡ res
sors nisi oī studio et dūigē a

elaboraueimus timentem sup
 biam fugere et detestari. Ipsa si
 quidem est omnium uiciorum regi-
 na quam difficile multi cogno-
 scunt quia uicium est spirituale la-
 tet in corde uiget in mente fer-
 uet in animo et sola uoluntate de-
 liberata completur. quoniam tamen p
 extrinseca cognoscuntur intrin-
 seca ut sic superbiam cognosca-
 mus mundos quoniam nos ab eius las-
 te seruemus. De fructibus et si-
 gnis superbie dicemus in pnti
 distinguemus autem sub tribus
 articulis .xij. fructus

Primi articuli.

- Primus fructus extollentia
- Secundus arrogancia
- Tercius uana gloria
- Quartus iactancia

Secundi articuli.

- Primus fructus ambitio
- Secundus proteritas
- Tercius pertinacia
- Quartus ingratitude

Tercij articuli

- Primus fructus inobediencia
- Secundus curiositas
- Tercius contencia
- Quartus psumptio

**Et superbi deificat se ipsos
 et spernunt deum celi quia se cog-
 noscere nolunt.**

Drimus fructus qui signum
 est superbiens animi ex-
 tollentia dicitur. quoniam scilicet alii
 quis propter dona aut nature aut

fortune ut sic loquamur aut spi-
 ritualia aut corporalia aut tem-
 poralia puta propter diuitias ge-
 netis nobilitatem corporis for-
 mositatem robur et fortitudinem
 eleganciam subtilitatem inge-
 nij fecunditatem memorie et si-
 milia deificat se ipsum et deum
 cognoscere negligit. contra illud
 quod dicitur **Iheremie .ix.** Non
 gloriatur sapiens in sapientia
 sua nec fortis in fortitudine sua
 nec diues in diuitijs suis sed in
 hoc gloriatur qui gloriatur scire
 et nosce me. De quibus ex hoc igno-
 rantia sui que obliuionem indu-
 cit infirmitatis et fragilitatis hu-
 mane. et certe damnificatur in
 hoc homo dum desit ab ea regu-
 la que cunctis est omnis sapien-
 tie fundamentum. **Pro**ce quippe
 omnium tam sanctorum quam prophetarum co-
 gnitio sumptius predicatur lex p-
 cipua fructifera uterque sapientie
Uñ Berni. li. de consideracione ad
eugemium ait. Noueris licet om-
 nia misteria lata terre alta celi
 profunda maris si te nescieris si-
 mitis etis edificanti sine funda-
 mento ruinam non structuram faci-
 es. et **Aug. in phemio quarta li.**
de trinitate. Laudabilior est ani-
 mus cui nota est infirmitas pro-
 pria quam qui ea non respecta uias
 siderum fundamenta terrarum
 et fastigia celorum scrutatur. et
Hugo libro primo de anima. No-
 lior es si te ipsum cognoscas quam si

te neglecto cognosceres curfus
syderum vires herbarum complexio
nes hominum naturas animalium
celestium et terrestrium scientiam ha
bes. **M**ulti enim metum sciunt
et seipsum nesciunt. cum tamen
summa perbia sit cognitio sui. **M**
Macrobiius li. de somno **P**ro
pionis. **M**eisica vox hec fuit ora
culi consulenti ad beatitudinem
quo itinere puenire possit si te in
quit noueris. **P**rophi itaque con
tempto deo in seipsis confidunt
non arbitantes deum superiorem
nec se piculis et passionibus et
morti subiectos. **T**alis erat su
perbia **A**trai. qui diu fratris filii
os in odium occidit. dicebat equi
lis astris gradior et cunctos supero
altum superbo vertice attingens
celum **T**alis fuit superbia roma
norum. de quibus **A**ug. li. i. de ciui
tate dei. c. i. dicit quod ad tantam
superbiam extollentiam reputatio
nemque deueniunt quod se deos esti
mabant. unde inquit. **H**oc vero quod
dei est superbeque anime spiritus in
flatus effectat. amatque sibi in
laudibus dia. **P**arce subie
ctis et debellare superbos. **T**alis
fuit superbia **D**omiciani Impera
toris qui ut scribit **P**uetomius
eutropius et **B**eda li. de temporibus
fuit vespasiani filius et fratris
mox tyri cui tyto domicianus in
imperio successit. ymo ita fuit
regnandi cupidus quod sepe fratres
interficere satagebat et clam et

palam semper fraudes illi ga
bat que tytus semper ferebat
peraciter. tandem mortuo tyto
in imperium sublimatus ostendit
se in principio moderatum valde
simulauit diligere studia litterarum
et bibliothecas re ficere ita videtur
batur horere cedes ut ne boues
imolarentur mandauerit. **S**irma
tus seuerus apparuit. **D**enato
res etiam nobilissimos occidit.
persecutus est christianos et iude
os per eusebium li. iij. hystorie
et astice. et per hoc suum librum
se deum et dominum iussit appellari. et
in cunctis primordiis litterarum suarum
dicebat **D**eus et deus vester **D**omi
cianus ita mandat. tandem deo per
mittente a cubiculariis suis se
per vulneribus occisus est. anno
etatis sue. xlv. **A**d excellentiam
insuper ascendit cor herodis **A**
grippa qui occidit **J**acobum et
petrum incarceratione. **H**ec est que
dem **J**osephus. xix. antiquita
tum libro. quod cum cesarem adue
nisset et ad eum tota provincia
viri vnamiter conuenissent ille
veste fulgenti ex auro argenteoque
mirabiliter contexta indutus.
incipiente die procedit ad thea
trum. ubi cum primos solis ra
dios vestis argentea suscepisset
repercussio splendore dupli
catam spectantibus lucem ful
goris metalli vibrantis effudit ut
intuentibus perstringeret acie
terroris aspectus. **I**lico adulantis

vulgi cōcrepant voces dicentis
Rūcus qz vt hominē te timuim⁹
 sed ex hoc iā sup humanā te eē
 fateim nāz. ⁊ dū adulatorib⁹ de
 mulcere hōn orib⁹ et oblatos si
 bi diuinos honores nō respue
 ret repente mortifero viscerū do
 lore corūpī et dū p man⁹ suoz
 deportaretur dicebat. **En** ego ve
 ster deus ducoz ad mortē. iuxta
 igit qnqz dies vermb⁹ ei⁹ visce
 ra corū dētib⁹ expirauit. nec mī
 tū. quia vt dī **Jacobi. iij.** Deus
 superbis resistit. et **Seneca** tra
 dia. i. Pequitur supbos victoz
 a tergo deus

¶ Qz supbi cū suis pximis cō
 uersantur arrogāter

Secūdus fructus supbie
 quī signum est supbie
 supbi cordis arrogāaa
 dī. hic facit pximos puipendē
 et in dictis gestis motib⁹ cūctis
 qz extrinsecis reb⁹ supbe cū px
 imis se hē. quā sic est arrogans
 supbe incedit supbe loquitur su
 pbe ingreditur ⁊ egreditur supbe
 comedit supbe omnia facit cum
 clamore et strepitu minis et cō
 tumelhis. **Perūtamen** cōtra istos
 est auctōritas ecā. iij. dicentis.
Quāto maior es humilia te in
 omnib⁹. et **Cicero** in. i. de offic
 cīs inquit. In reb⁹ ecā pspēit

supbia fugiendā et arrogācia
 nam vt aduersas res sic et secū
 das immoderate ferre leuitatis
 est. et **Quidius. iij.** de arte amā
 di. **Nō** natet in vultu dānosa su
 pbia vestro. **Dicit Cassiodorus**
 in eplis. Ornamentū omnium
 bonorum est sincera benignitas
 igitur si tu gradu aut dignitate
 aut virtute supas reliquos nō
 li illos pedibus cōcūcare sis a
 mabilis affabilis et vultu facie
 qz placidus. et vt dicit **Seneca**
 ad **Luallū.** Sic cum inferiore vi
 uas quemadmodum tecum su
 periore viuere velles. **¶** Scribitur
 in pollicatone li. v. qz **Gracia**
 nus optim⁹ imperator arguenti
 bus eum amias qz in omnes
 familiaris esset nimū et commu
 nis respondit se talem velle im
 peratorem esse priuatis quales
 imperatores sibi eē priuatis op
 tasset. **En** est vt quī alijs im
 perat timeatur sed meli⁹ vt dī
 ligat. de hoc **Cicero** li. ij. de offic
 ait. Om̄ rerum nec apa⁹ quic
 qz ad opes tuendas ac tenēdas
 qz diligi nec alieni⁹ qz timeri. **Iā**
 datur ergo mansuetudo in om
 nibus eciam magnis viris dum
 modo tanta nō sit vt vilescat au
 dōritas. **¶** **Recitat Valerius** libro
 quinto de alexandro magno qz
 cū vidisset milite quēdā semo cō
 feduz frigore nimio stupefactū
 cum ipse esset in sede sublimi

propinqua igni surrexit et suis
manibus illum in sede sua repono
fuit dicens illud salutare sibi
futurum. **P**ed nobis qui christi
stiam sumus exemplum christi
satis esse debet. de quo sic pulchre
loquitur **Jeromimus** in episto
la ad **Anthonium** monachum
Dominus noster humilitatis
magister discipulantibus de dig
nitate discipulis unum apprehen
dit ex puulis dicens. nisi conuer
si fueritis et efficiamini sicut pu
uli non intrabitis in regnum celo
rum. **Q**uod ne docere tantum nec
facere videretur docuit exemplo
dum discipulorum pedes lavat.
dum loquitur cum samaritana
dum ad pedes sibi sedente **M**aria
de celorum disputat regno dum
traditoris osculo excipit dum sur
gens primo mulierculis appa
ruit. **A**d idem est textus **Cy**ria
m. xxiij. di. c. **D**ns

Quod superbi querunt gloriam tem
poralem que nihil est

Tertius fructus qui signum
est superbie est vana
gloria. sed quomodo
vana gloria dicatur plerique
audire cupiunt. nam si loqua
mur de illa beata de qua psalmus ait
Exultabunt sancti in gloria. cer
te vana non est quam cuncti desi
derare tenentur. Temporalis
adhuc gloria vana non est que

virtuti fauet conformatur natu
re et animum ad queque difficultata
et ardua roborat. est hec secundum
Ambrosium li. de officiis clara
cum laude notitia. et secundum **Tulli**
um in **rethorica** est frequens de
aliquo fama cum laude. **L**aus
vero ut dicit **Aristo**. i. **rethorico**
rum est sermo eludans magni
tudinem rei. **U**nde **Aug.** super **Jo**
hanem **Gloria** idem est quod
clarificatio. **D**e hac gloria inquit
Seneca ad **Lucillum**. **N**ulla est
tam excelsa virtus que dulcedi
ne glorie non tangatur et **Jerom**
imus ad **Pabianum**. **N**atu
rali duamur malo et adurato
ribus nostris libenter fauemus. et
quamquam nos respondeamus in
dignos et callidus subor ora pro
fundat. tamen ad laudem sui
intus secus anima letat. **Clau**
dianus. **G**audet enim virtus
testes sibi iungere musas. **C**ar
me amat quisquis carmine di
gna gerit. et **Quintilianus** libro de
tutibus. **D**enique non parvas a
nimmo dat gloria vires. et fecun
da facit proceras laudis amorem. et
ecce xli. **C**uram inquit sapiens
habe de bono nomine. et **puer**
xv. **f**ama bona impinguat os
sa. et xij. q. i. c. **N**olo. **Aug.** **f**a
mam tuendam hortatur. et ide
o. de civitate dei. c. xij. **D**icit de
Romanis. **G**loriam ingentem
divicias honestas volebant. hac
ardentissime dilexerunt propter

hanc vivere voluerunt propter
 hanc et mori nō dubitauerunt
 et. xvij. c. eius dē. Hec sūt duo.
 illa libertas et cupiditas laudis
 humane que ad facta compule
 re miranda romanos. Non er
 go videtur gloria fugienda quā
 omnes effecerunt minus laudib⁹
 Sed alexander in. ij. et tho. xxij
 q. cxxxij. dicunt qd gloria tem
 poralis potest appeti ordinate et
 inordinate. Primo modo nul
 lo modo est peccatum. nam cū
 quis cogitat bonum suum dig
 num laude et approbat illud cu
 piens ab alijs laudari. aut pp
 ter diuinum honorem aut pro
 pter proximorum salutem aut
 appetendo nō appetit contra de
 um et proximum. nec in gloria
 finem constituit de superbia et
 vana gloria reprehendi non po
 test. Inordinate vero gloria ap
 petitur primo quando quis que
 rit gloriam de eo quod est pec
 catum sicut luxuriosus de carna
 litate. Iracundus de vindicta et
 contumelijs et similia. de quib⁹
 aliqui gloriantur quos rephēn
 dit ps. dicens. Quid gloriaris
 in malicia qui potens es in ini
 quitate. Secundo gloria appeti
 tur inordinate cum eam quis
 querit de eo quod nō habet. pu
 ta de sciencia de sapiēcia de san
 ctimoniavite et hmōi. Tercio
 quādo quis querit gloriam de
 eo qd non est gloria dignus vt

de diuicijs de pulchritudine de
 fortitudine de edificijs de domi
 nijs et quibuslibet temporalib⁹
 bonis. fatue quippe homines in
 hys gloriantur et vane quia o
 ma ista fum⁹ et fauilla sunt. sō
 sapiens et cāastes. i. c. pro istis
 diat. Vanitas vanitatum et o
 ma vanitas. Criso. sup. Iohem
 sic sequitur. Hunc versiculū si
 saperent qui in potēcia versan
 tur in patribus suis omnib⁹
 et vestib⁹ scāberent in domo in
 foro et in egressib⁹ et ante om
 nia in consciencijs suis vt sem
 per eum et oculis cernerent et
 corde sentiret. Quoniam eo qd
 multe sunt rerum facies et ymā
 gines false que deapiūt incau
 tos istud oportet cotidie carnē
 salutare et in prandijs et cenis
 et in omnib⁹ cōuentib⁹ libēter
 vnumquemq; pximo suo canē
 re a proximo suo libenter audire
 re. quia vanitas vanitatum et om
 niavanas. Hec ille. An nō vi
 demus qd breui deficiūt omnia
 diat. Hieremias. xl. c. Omnis
 caro fenum et omnis gloria ei⁹
 quasi flos feni exiccatum est fe
 num et cecidit flos. Ideo Hugo
 li. i. de anima inquit. Dic mihi
 vbi sunt amatores mundi qui
 ante pauca tempora vobiscum
 erant. nihil ex eis remansit nisi
 cineres et vermes homines fuere
 sicut tu. comederunt biberunt
 et sēt duxē in bonis appetib⁹

dies suos in pūcto autē ad inferna descendere. Hic caro e orū vermbus illic anima et mis sup plicijs deputatur donec rursus infeliā cōmercio colligati sempiternis inuoluantur in cēdijs et Baruch. iij. Vbi sunt pūncipes gentium et quī dominantur super bestias que sunt super terram quī in aūb⁹ celi ludūt quī argentum thesaurisunt et aurū in quo confidunt homines et nō est finis acquisitionis eorū quī argentū fabricāt et solliciti sūt nec est inuencio opex illorū. Tādem exterminati sūt et ad inferos descenderūt et alij in loco eorum surrexerunt. Ad hoc facit exemplum de quodam imperatōe mortuo ad cuius sepulchrū accedens quidā philosoph⁹ tumulo patefacto videns cadauer illud horribile dixit. Intuitus suz cadauer cesaris in sepulchro et vidi ipsum hūido colore coloratum putredine circumdatum aluū eius disruptum et vermium cateruas quī per illum transeūtes discurrebant cūnes nō adherēbant capiti dentes patebāt labijs consumptis. Et dixi. Vbi nam cesar chorus puellarū magnitudo diuiciarum caterua batonum acies militum. Vbi sunt canes venantes equū veloces aues rapaces thalamus depiā⁹ lectus eburneus aurum atinū

mutatoria vestimenta diuersa cibaria canticum līre organoz sonitus. Te verebantur homines timebant pūncipes colebāt vrbes vbi est tanta pōtencia et tam pēlara magnificētia. Et respondit mihi. Hec omnia defecerunt in me quando defecit in me spiritus meus et reliquerūt in hoc me miserū sepulchro ac cumuoluto putredine carnis mee.

¶ Quī supbi iactanter de se loquūtur et qualiter pōt quis absq; peccato se laudare

Quartus fructus quī signum est elate mentis iactancia dicitur et est cū quis proptio ore se laudat. Hoc autem inconueniens eē dicitur sanctorum et philosophorum demonstratur. Vnde Sapiens pū. xxvj. ait Laudet te alienus et non os tuum. alicū labia nō lingua tua. Et Cicero in primo de officijs. Turpe est de seipso predicare. et Quintilian⁹ libro viij. de oratoria institutione. Viciosa est iactacio infertq; audientibus non modo fastidium sed etiam plerumq; odiū. et Feneca li. ij. de beneficijs. Retrahenda est inanis iactacio res loquatur nobis tacentib⁹. Quā autē quis potest de seipso dicē absq;

peccatū licet dictum sit in qua
dragesimali tamen hic repeten
dū est. Ideo nota sū doctrinaz
alexandri in .ij. volumine sum
me. q. aliquis potest tripliciter
se laudare

Primo meritorie

Secundo venialiter.

Tercio mortaliter

Primo cum merito et hoc tri
phiciter. aut propter caritatez dei
aut propter caritatem proximi.
aut propter caritatem propriā.

Primo laudet se quis propter
caritatem dei ut sue bonitati grē
referantur. De hoc sic loquitur
Cyprianus in epistola ad **Do
natum**. Odiosa iactatio est qm
uis nō iactatū eē possit sed gra
tium. quicquid nō hominis vir
tuti ascribitur sed de dei munere
predicatur. Sic fecit gloriosissi
ma virgo dū visitavit elizabet
Luce .ij. qm cecinit verba illa su
auissima. Magnificat anima
mea dominū. Secundo pōt
quis cum merito se laudare pp
ter caritatem proximi. ut puta
ne scandalizetur propter verba
detrahendū. Nam ut dicitur. vi.
q. i. c. Sunt plerūm qui vitam
moresq; bonorum amplius qm
debent laudant. Ideo pmitit
deus malos in obtrectationem
et obiurgationem prumpere.
ut si qua elatio ab ore laudan
tium in corde nascitur ab ore vi

tuperan cū suffocetur. Qua de
re sepe numero de viris bonis et
iustis pusilli scandalizantur.
ideo licet quando q; virtutes p
prias aperire. Sic fecit **aug.** qui
in sermone qui legitur in festo
ipsius ait. Caritati vestre de no
bis ipsi hodie sermo reddendū
est. qm enim ut ait apostolus spe
ctaculum facti sumus mūdo an
gelis et hominibus qui nos a
mant querunt quid laudent in
nobis qui nos oderunt querunt
quid detrahant nobis. nos au
tem in utroq; medio constituti
adiuuante deo et vitam et fa
mam sic custodire debemus ut
non erubescant de detractorib;
laudatores. Hinc paulus secu
 nō sint posita q^{ue} sequūt tamē q^{ui}
 magister in hyst. illa recitat nō
 est visum superfluum in hoc lo-
 co inserere vt sic meli^{us} intelliga-
 m^{us} fructum emēdacōis eius. **Re-**
fert igitur magister in hysto. q^d

nabuchodonosor non corporis
mutationem sed mentis aliena
tionem passus est. et ablatu s
sibi usus lingue et herba data
est in cibis. et videbatur sibi q
bos esset in anterioribus et leo i
posterioribus sicut misterium ty
rannorum qui in prima etate vo
luptatibus dediti et ceruicosi iu
go belial subduntur. in fine ve
ro interficiunt diripiunt et con
culcant. Multi quoque egredie
bantur et videbant eum. Post
daniel non egrediebatur quia
toto tempore alienationis eius
orationi pro eo vacabat. et ad
preces eius anni septem quos
totidem dominus dixerat tem
pora in septem menses conuer
si sunt. in quibus per quadraginta
dies insaniam patiebatur et per
alios quadraginta reuersus ad
cor hominis flebat et supplica
bat deo. adeo quod ex nimio fletu
oculi eius ut caro facti erant et ite
rum per alios quadraginta die
bus vertebatur in insaniam do
nec septem menses compleren
tur. Post quos reuocatus est.
Non tamen regnavit statim sed
statuti sunt pro eo septem iudi
ces et usque ad finem septem an
norum penitentiam egit panes
et carnes non comedit. et vinum
non bibens leguminibus ute
batur et herbis iuxta consilium
daniel. Et hac penitentia com
pleta regnavit iterum et bene

dixit altissimum. et sicut nicola
um de lyra mortuus est in statu
salutis. Ideo dicit Augustinus
xxij. q. iij. c. Nabuchodonosor
quod penitentia eius fuit fructuo
sa. Illius igitur exemplo studea
mus et nos peccata nostra cor
rigere ut sic participes fieri valea
mus eterne vite in qua vivit glo
riosus deus per omnia secula secu
lorum Amen

Sermo decimusseptimus de
iudicio dei contra anthiochum
in iudeos seuerentem

Reperturum homines
qui omni clementia
deposita feris ac be
stias crudeliores exi
stunt. Quid nam de anthiocho
dicemus immamissimo rege qui
iudeos acriter est persecutus.
utique patet omnes bestias
crudelitate sua antecellit. Con
quem deus iustus vindictam su
am exercuit illumque tandem hu
miliauit atque puniuit. Ad hoc
in hoc sermone de iudicio dei co
tra anthiochum in iudeos seuer
entem dicemus contemplabi
murque more nostro tua misere
tia

Primum dicitur feritatis
Secundum penitentiam
Tertium generalitatis

De crudelitate anthiochi

Capitulum primum

Quam ferus atq; crudel
anthiochus exiterit i
in hoc misterio aperien
dū est. Et licet t̄p̄o. xxij. q. clx.
dicat q; differētia est inter seui
ciam et crudelitatem. quoniam
proprie seuidia dicitur s̄m q; a
liquis in penis inferendis nō cō
siderat aliquā culpam eius qui
punitur sed solū hoc q; delectat̄
in hōminum cruciatu. Crudelis
tas vero attendit culpam in eo
qui punitur sed excedit modū
in puniēdo. Unde crudelitas dif
fert a seuidia sicut malicia hūas
na a bestialitate. ut patet. v. ij.
ethi. Verumtamen large potest
crudelitas nominari promptitu
do volūtatis ad effundendū san
guinem humanum. Et sic fuit
crudelis et feral valde antioch⁹
qd̄ patet tripliciter.

Primo in iherusalem capōe

Secūdo in rabida ordinacōe

Tercio in matris et filiorum
ocisione

De multitudine interfectoꝝ
ex iussu anthiochi

Primo apparet crudeli
tas anthiochi in iheru
salem capone. ut em̄
scribitur. ij. Machabeoꝝ. v.
profecto anthiochus ex egit to
efferatus animo ciuitatez iheru

salem armis cepit. Iussit autē
militib⁹ interficere nec p̄cere oc
cursantibus et p̄ domos ascen
dentes trucidare. Fiebat ergo
cedes iuuenum ac senioꝝ muli
erum et natoꝝ exterminia vir
ginumq; et puuloꝝ neces.

Erant autem toto t̄duo octoa
ginta milia interfecti non mi
nus autem venundati. Nota s̄
p̄pterea quia omnia anthiochi
gesta ex libris Machabeoꝝ
sumuntur q; Hieronim⁹ in argu
mento in libris Machabeoꝝ
ait. Machabeoꝝ liber licet
non habeatur in canone hebre
oꝝ tamen ab ecclesia int̄ di
uinoꝝ librorum annumera
tur hystorias. Insuper aduertē
dum q; deus benedictus p̄mit
tebat populuz sic turbati p̄pter
excrecentes iniquitates. Nam
ut dicitur. i. Machabeoꝝ. i. c.
in dieb⁹ anthiochi exiere ex is
rahel vici iniqui ⁊ edificaueꝝt
gignasium in iherosolimis s̄m
leges nationum ⁊ fecerunt sibi
prepuia et recesserunt a testa
mento sancto et iuncti sunt na
tionibus

De alijs interfectis

Secundo apparet crudeli
tas anthiochi in rabi
da ordinacōe. Nam ex
polarunt et p̄phanauit templuz
⁊ reuersus anthiochiam misit

quēdā p̄ncipem appoloniū nos
mine auz exercitū viginti duorū
miliū quā discursēs p̄ ciuitatez
ingentē multitudinem p̄remittit
et interfecit. Nō multo post misit
quēdā Antiočenū q̄ cōpelleret
iudeos vt se trāfferēt a patris
et dei legib⁹ et eos qui nollet trā
sire ad instituta gentiliū interfi
ceret. due mulieres delate sūt na
tos suos circūdisse q̄s infātib⁹
ad vbera suspensis. cū publice p̄
ciuitate illas circūduxissent per
muros p̄capitauerūt. Alij vero
ad p̄imas coeūtes spelūcas et
latēter sabbati diem celebrātes
cū iudicati eēnt auidā philippo
p̄posito anthiochi flāmis succē
si sunt

De matre occisa cū vij. filijs

Tercio appet crudelitas
anthiochi in mūs et se
ptē filioꝝ occisiōe. *Crat*
vtiqz mē quedā septē filios hñs
et vt dicit. *ij. Machabeoꝝ. vij.*
Quz a crudeli anthiocho cōpelle
rentur vt cōtra patrias leges car
nes p̄ rās cōederet. maior natu
dixit. Parati sū⁹ mozi magis q̄
patrias et dei leges p̄uaticari
Itatus rex iussit sartaginez ⁊ ol
las eneas succendi eiꝝ qui sic lo
cutus fuerat amputari linguam
et cutem capitis abstrahi sūmi
tates quoꝝ manuū et pedū pre

scidi ceteris eius fratib⁹ et nō
inspicientib⁹ sicqz in sartagine
torqueti donec mozeret. In ter tim
vero ceterūna cū mte se hortabā
tur mozi fortiter. Post et secun
dus similia tormenta paciēs ex
tinctus est. Quū in vltimo cōsti
tutus dixit. Tu quidē scelestissi
me in p̄ntivita nos perdis s̄ rex
mūdi defunctos nos p̄ suis legi
b⁹ in eterne vite resurrectione sus
citabit. Post istum terci⁹ illu
ditur et linguam postolat⁹ ato
protulit et man⁹ constāter extē
dit et cum fiducia ait. Celo
ista possideo sed p̄pter dei leges
nūc hec ipsa despicio quomā ab
ipso ea me recepturum spero.
Cunctis admirand⁹ adolescē
tis constantiam expitauit in tor
mentis sartagineis sicut et alij.
Peratur iam quartis similib⁹
cruciatib⁹. Deinde quint⁹ ⁊ tā
dem sextus. Que dum agerentur
mater sapientia repleta cogi
tationi feminee masculinuz ani
mum miserens dicebat ad filios
Nescio qualiter ī vtero meo ap
paruistis neqz enim ego spiritū
et animam donauī vob ⁊ vitam
et singulorum membra nō ego
ipsa compegi sed mūdi creator q̄
formauit hominū natiuitatem
q̄qz hōim inuenit originē ⁊ spm̄
vob iterum in misericordia red
det et vitam sicut et nūc vos met
iplos despiciatis p̄pter legē eius

Remanēte adhuc septimo iuni
ore multa pollicebat̄ anthioch⁹
vt dei leges cōtemneret suade-
bat q̄ matri vt ad hoc illum in-
duceret. **Q**ue inclinata ad filiū
hebrayca lingua dicebat. **F**ili
miserere mei que te in vtero no-
uē mēses portauī et lat triennio
dedi et aliu et in etate istā pdu-
xi aspice celū et terrā que omnia
fecit de⁹. illū honora et cū sūb⁹
motū nō timeas. **A**t adolescens
animosior factus exclamans di-
xit. **Q**uem sustinetis. non obe-
dio precepto regis sed p̄cepto le-
gis que nobis data est p̄ moyse
Turvero q̄ inuētor omnis mali-
cie factus es nō effugies manū
dei. **Q**uare actius indignat⁹ ti-
tānus et istum in dño cōfidentē
int̄ dura tormēta cōpulit mori.
Nouissime post filios et mater
supplicijs cōsumata est.

**¶ De horribili pena et plaga an-
thiochi crudelis**

Capitalum secundum

Non est abbreviata ma-
nus dñi que tandē im-
quos et malos hōmes
p̄sternit fortiter et humiliat.
Ecce anthiochi exēplū veritatē
hui⁹ rei nobis aptissime p̄dit.
De ip̄si⁹ ergo penatitate in hoc
secūdo capitulo erit differendus
De quo tria cōsiderem⁹

Primo plagam
Secūdo noticiam
Tercio penitentiā.

Primo cōsiderem⁹ anthiochi
plagā. **V**t em̄ scribit̄. ij. mach.
ix. **C**ū rediret de p̄sede et frigia
spirans animo cōtendit iheroso-
limā redire illāq̄ delere fundit⁹
dicens se illā congeriem sepul-
chri iudeorū eē factur⁹. **¶** **¶** qui
vniuersa conspiciat dñs percussit
eū insanabili plaga. **¶** app̄hedit
q̄ eū diuis doloris ceruī et ama-
ra intestinoꝝ tormēta insup cō-
tigit illū in impetu eūte d̄ curru
cadere et in graui collisione cor-
poris membra vexari. **¶** facte q̄ sūt
carnes ei⁹ vermib⁹ scaturietes
et fetore nimio vulnēꝝ grauaba-
tur exteri⁹. et qui pauloante si-
dera celi cōtingere se arbitra-
tur eum nemo poterat propter
intollerantiā fetoris portare.
¶ **S**ecundo consideremus an-
thiochi noticiā. vt ait **E**rego-
rius. **O**culos quos culpa clau-
dit pena aperit. **¶** Ideo sic percus-
sus anthiochus cepit ad sui as-
gnationem venire. non valens
et ipse sui ipsius p̄p̄ū ferre fetore
tem pariter et doloreꝝ. **¶** Dicebat
q̄. **I**ustus est subditum esse deo
et mortalem non patia sentire d̄
deo.

¶ **T**ercio consideremus anthi-
ochi penitentiā. **¶** In tot vtiq̄
vexationibus anthiochus pe-
nitentiā egit sed infructuosā

quia ut dicit Bona in .iiij. di.
xiiij. Dolebat de peccatis suis non
propter diuinum amorem sed propter
penam quam sibi propter sua
delicta imminere conspicebat.
Ideo dicit textus .ij. Machab.
Verbis autem orabat scelestus do-
minum a quo non erat misericordi-
am consecutus et ciuitatem ad
quam festinans veniebat ut eum ad
solum deduceret optabat liberam
reddere et iudeos equales at he-
menibus facturum pollicebatur
permittens adhuc templum quod prius
us expoliauerat ornatum opti-
mis domis et multiplicaturum sa-
cta vasa et iudeum esse futurum.
Tamen cum a deo non accepta esset
oratio eius homicida et blasphemus
in pessime percussus pegerit in mor-
tibus miserabili obitu vita functus
est.

De generali punitione hominum
crudelium qui qualia fecerunt
taliter passi sunt

Capitulum tertium

Quidam hominum culpa
inuictus est de genere
liber ut in pluribus a deo
molestus fuisset ut crudeliorum pro
eos acerbissime mactauerunt. Nec
solum antiochus pro crudelitate
punitus est sed et etiam quasi in-
numera sui similes exterminati
sunt de terra viuentium. Idcirco

in hoc misterio adducemus quoniam
plurium exempla ut sic deprehenda-
mus generaliter crudelitatem exor-
sam deo qui cum sit natura misericors
et pius aduersus crudeles
tamen efficitur durus et rigidus
scribitur ergo Iudicum .i. c. quod a
dombeseth crudelis captus a iu-
deis in bello cesis summis
manuum eius atque pedum dixit
Septuaginta reges amputatis
summibus manu ac pedum
colligebant sub mensa mea ubi
cum reliquias sicut feci ita reddi-
dit mihi deus. De Ciro rege cru-
deli refert Iustinus quod postquam ad-
lescentulum filium thamiis re-
gine Massagetarum cum tercia
parte copiarum deceperit simulato
metu quasi fugiens et instructa
castravino epulisque deseruissit in-
terfecissetque a matre thamiis su-
peratus ita quod ducenta millia pro-
salarum simul cum rege deleta fue-
re et tante cladi nec numerus super-
fuit. Ipsi caput amputatum in
vires humanum sanguine plenum
iussit regina confici dicens. Sa-
tia te humano sanguine quem
triginta annis sibi sustulisti. Narrat
Iustinus de percussoribus cesaris quod
nullus fere triennio superuixit nul-
lusque naturali morte obiit nam
pro naufragio pars proelio desu-
cta est. Quidam se illo pugione quo
cesarem vulnerauerunt occiderunt ut
agere monstrarent cedere illam nec deo

nec hominibus placuisse. Viginti
 namque et tribus vulneribus con-
 fectus **Cesar** occubuit anno lvi
 etatis sue. **Nero** vi. Romanorum
 imperator. qui ut scribit **Plinius**
 libro septimo de naturali histo-
 ria natus est premissis pedibus
 et crudelissimus ac viciosus valde
 fuit. post multa facta nota au-
 diens **Bergium Galbam** a mi-
 libus in hispaniis ubi praetor
 erat Imperatorem electum per
Suetonium tribunos et centurio-
 nes de fuge societate temptavit
 et nullum habuit sibi consensu-
 tes. nocte misit pro amicis et nil
 sibi renuntiabant ab aliquo. Ipse
 cum paucis hospicia singulorum
 adiit. verum clausis omnium for-
 tibus nullo respondente in cubicu-
 lum rediit. Reversus deinde percus-
 sorem cuius manu ipse periret. sed
 nemine reperto. ego inquit nec
 amicum habeo nec inimicum. et cu-
 currit ut se precipitaret in tiberim
 sed revocato impetu cum iam nox
 iret in diem equum ascendit qua-
 tuor solis comitantibus. Deinde
 cum ad diverticulum ventum esset cir-
 ca quartum milliarium dimissis e-
 quis pro vestris et arundines ses-
 mitam agere nec non strata sub
 pedibus veste ad proximam villam
 evasit. divertitque in parvulam
 casam. et cum fames et sitis eum
 invaderet sordidum panem si-
 bi oblatum spreit. bibit tamen

aliquantulum aque tepide. Inter
 moras percepit se hostem a se
 natu iudicatum et quod ut puni-
 atur more malorum. Interrogati
 quale id pene genus esset cum
 diceretur per eum eutropium nudum ho-
 minis cervicem furcae inserti per
 publicas vias duci et corpus vir-
 gis ad necem cedi. et de saxo pre-
 cipitatum. iteratis duos acutos
 pugiones arripuit oravitque ut a-
 liquis se ad mortem capessenda
 iuvaret. Exemplo iam propinquabant
 equites quos per clamorem
 propinquos sensit quibus precep-
 tum erat ut eum vivum traherent. Quod
 ut sensit ferrum iugulo apposuit
 ad quartum ab urbe lapidem
 et cum semiamimus adhuc esset
 irumpenti centurioni et pennu-
 la ad vulnus posita in auxilium
 se venisse simulanti. quod sero dixit
 ita vero et haec est fides et in hac
 voce defeat. xxij. anno etatis et
 anno xiiij. imperii per horatium
 et eutropium. Domitianus im-
 perator propter suam crudelitatem
 iusto iudicio dei a cubiculariis
 suis septem vulneribus confectus est
 anno etatis sue quadragesimo
 quinto ut diximus in sermone
 de cognitione superbie. Legitur
 de agensolico rege qui fuit
 ariana heresi infectus et per hispa-
 niam et aethiopicam persecutus est christianos
 et multos martires fecit. et confes-
 sionibus linguas abscedit qui ut

est infideli detentio. Et ut breuiter
 concludam⁹ omnes qui primos
 iniuste psequuntur illisq; sunt in
 festi homicide crudeles nūcipā-
 tur. sicut patet de pe. di. r. t. Ho-
 micidū. c. homicidior. c. Tria
 sūt genera. Nam⁹ ergo clemen-
 tes ⁊ pi⁹ quaten⁹ cūdelitate re-
 iecta dignos reddam⁹ nos ipsos
 ad habendā hīc graciā. et in sus-
 tuto sempiternaz gloriā in qua
 uiuūt et regnat deus p omnia se-
 cula seculor. Amen

¶ Sermo de amuso dāu⁹ de co-
 gnitione dei ⁊ de debito sibi exhi-
 bendō honore ac cultu

Quomā de⁹ oculi cor-
 poris nō videt qz re-
 motissim⁹ est a sēsi
 ut docet Arist. in p-
 logo metha. In varias noxias
 qz opimiones errorū hōmes dila-
 buntur ⁊ aut negāt eē deum aut
 deos plures asingūt aut ea que
 de diuinaz psonaz pluralitate
 sm fidei tradidionem dicuntur
 acceptare nolūt. Inde fit ut diui-
 nus cultus minuat⁹ neq; debita
 exhibeatur reuerencia ipsi deo q̄
 re in hoc sermone de deo glorio-
 so merito ptractandū censui ut
 sic eum agnoscentes maiestātē
 eius honore debito psequamur
 In superiorib⁹ namq; de timore

suorum iudiciorū diximus amo-
 do vero circa honorem qui sibi de-
 betur a nobis insudabim⁹. De
 deo igitur tractatū tria miste-
 ria eluadare conabimur

- Primū dē cognitionis gñalis.
- Secūdū vnitatis eñdalis
- Terāū tūnitatis psonalis.

De generali cognitione dei.

Capitulum primum

Hortandi sūt omnes ho-
 mines mundi ut deum
 cognoscere studeant qz
 sine cognitiōe dei cetera quocq; q̄
 grandia extimari pnt parua sūt
 et vilia. ex quo deus Iher. ix. c.
 dicit. Non gloriatur sapiens in
 sapia sua nec diues in diuicijs
 suis nec gloriatur fortis in forti-
 tudine sua. sed in hoc gloriatur
 qui gloriatur sci te et nosce me.
 quā ego sum dominus. Verū
 tamen quidam deum esse minū
 me credūt. de quib⁹ dicit Dama-
 sus. In tantum preualuit pni-
 ciosa hōminū malicia ut dicant
 nō esse deum. De hīs loquitur
 sic Tullius in primo de natura
 deorū. Quidā dixerunt totā de
 dijs immortalib⁹ opinionem eē
 factam ab hōminibus sapienti-
 bus reipublice causavt quos ra-
 tio non posset eos ad officiu⁹ re-
 ligio duceret. Imōdi falsita-
 tis sectatores qd aliū q̄ fatuos

dixerim cogitare nāq; vel dicere
deū nō eē nō nisi ex stulticia pue
mre p̄t. **R**eo p̄s. inquit. Dixit
insipientem corde suo nō est deus
Et **I**her. iij. dicit deus. Stul-
tus populus meus me nō cognō
uit filij insipientes sūt et recors
des. Quare autē stulticia sit co-
gitare q; nō est deus apparet ex
hoc q; rāconabiliter quilib; p̄t
si velit cognoscere deum eē p̄pter
quinq; specula que deum eē ap-
tissime manifestant

Primū dicitur naturā legis
illuminatio

Secūdu scripturē testificatio

Tercū mūdi p̄ductio

Quartū creaturā ordinatio

Quintū omnīū desideratio

De naturalis legis illumina-
tione in cognōe dei

Primū speculum in quo
lucet veritas diuini esse
dicitur naturalis legis
illuminatio. Ab ipso vtiq; sūmo
patre accepim; naturālē legem
qua quilibet rāconē vtens cogno-
scere potest q; deus est. Nā p̄ si-
to q; aliquis mox natus exponē-
retur nutireturq; aut ī mari a
marinis beluis. aut ī silua a fe-
tis idonitis nec cōideret vnq; vel
audiret quicq; de deo didi q; p̄-
mū ad annos discreōnis atin-
geret ex lumine rāconis nabita

lis cognosceret q; deus est lic; in
pticulari errare posset credens de-
um eē aliquam creaturā hec om-
nia pbatur et roborantur didis
et testimonio sapientū. Inquit
Hug; in libro de fide ad petru;
Nihil tantū nouit mens q̄tum
deū eē et se. et **D**amascen; Cog-
nitio existendi deū nobis natu-
raliter inserta est. et **H**ugo de
sancto victore. Sic de; cognō-
nē suā; in homine tempauit vt
sicut quid es; non poss; compre-
hendi ita quia es; non posset iga-
norari. et **C**icero libro. i. questis-
onum tusculanarū. Nemo hōim
tam immans cui; mentē nō im-
buerit diuinitatis opinio. et idē
libro primo d̄ legib;. Nulla gēs
est tam immāsueta taz fera que
non etiā si ignoraret qualē ha-
bere deum debeat nō tamē habē-
dum sciat. Ex hoc idē libro. i.
de natura deorū ait. **P**ythago-
ras iussu atheniensium vrbe et
agro exterminat; est libriq; ei;
combuste sunt p̄pter hoc q; hoc
cōmūe verum in dubiū reuocauē-
t. **I**n. ij. vero d̄ natura deorū di-
cūt. Natura nisi cognitū inōpre-
hensumq; animis idē haberem;
sc; q; deus est nō tā stabilis ei;
opinio p̄maneret nec cōfirmare-
tur diuinitate tēporis sed vna
cū seculis etatibusq; hōimū in
ueteraretur

De testificacōe scripture in cognicione dei

Secundū speculū in quo cognoscere possum⁹ qd de⁹ est dicitur scripture testificatio. Omnis quippe scriptura utriusq; testamenti deus eē predicat de quo sic incipit p̄ncipiū genef. In p̄ncipio creavit de⁹ celū et terram. et vsq; ad finem magnalia dei clare proclamat. Neq; opus est singula recensere que de deo continentur in illa cū vt diximus tota circa dei viuentis misteria stupenda versetur. Doctores in sup̄ sancti illius scripture interptes eruditissimi d̄ deo gloriose loquūtur quocū aliqua dicta hic interponenda duxi. Inquit Cassiodorus sup̄ psalmū illū Magn⁹ domin⁹ et laudabilis nimis. Deus ē virtus inexplicabilis pietas incomprehensibilis sapiēcia ineffabilis cuius vera diffinico est finē in suis laudib⁹ nō habere. et Boetius li. de trinitate. De⁹ est eē pulcherrimū fortissimūq; vere vnum in quo nullus numerus nullum in eo aliud preter qd id quod est. et Anselmus in prosologion. Deus est pulchritudo que nō videtur odor qui olofactu nō capit sapor qui non cognoscitur bonitas que nō sentitur. et Gregorius in moralib⁹. Deus est viuificatrix virtus causa causarum

vita viuētiūm rationabilium creaturarum. et libro. i. de libero arbitrio. Deus est quo nil superius eē constat eternus comutabilis. et Aug⁹. xv. de trinitate. De⁹ est qui est omnium potentissimus speciosissimus beatissimus quem mori mutari corrumpi est impossibile. et Aug⁹. li. de vera religione. Deus est incommutabilis natura prima vita prima eētia prima substantia. et Aug⁹. v. de trinitate. c. iij. Deus ē substantia vel vt melius dicat eētia cui ipsum eē maxime ac verissime competit. Nota hic qd nomen substantie s̄m communem hominum acceptionem a subsistendo videtur dici s̄m Aristo. in predicamentis. et s̄m hoc substantia grece vsia dicitur quia subsistit. Corpus autem quia subsistit substantia dicitur vnde cum forma pura que de⁹ est nulli subsistat proprie substantia dici non potest. Verum absolute nomen substantie sumitur s̄m qd dicitur qd substantia est quod non est ab alio sed semp̄ ex hoc est qd ppria intra se virtute consistit et sicut potest dici causa prima substantia. Vnde Auicenna. li. viij. c. iij. Quamuis refugiam⁹ de deo dicere nomen substantie nō tñ intentione; cui⁹ intentio est res habens qd dicitur stabilem cuius esse est eē

quod non est in subiecto corpore vel a
nima. et propter hoc potest dici sub-
stantia. Melius tamen dicitur
euentia. sicut enim ab eo quod est sci-
re dicitur scientia. ita ab eo quod est
esse dicitur euentia. Et quod ille max-
ime est qui dicit ego sum qui sum
ideo proprie dicitur euentia secundum Ihe-
romimum et Damasum papam quoniam
ipse est origo et principium essen-
di et quod est a quo est quicquid
est secundum Algazelem .ij. metha.
et quod nostrum esse copatione illius est
non esse. sicut dicit Plato in thi-
meo. Philosophi etiam qui veritatem in hac
parte mentem tenuerunt de deo
magnifice multa dixerunt. Au-
cenna .viii. metha. sic ait. Deus
est bonitas pura in desiderio om-
nium. et Cicero in primo de na-
tura deorum. Deus est quo mi-
hil beatius nihilque bonis omni-
bus affluentius excogitari potest. et in
ij. de natura deorum. Deus est natura
prestans quo nihil est melius. et
Albumasar in maioribus introdu-
ctionibus. Deus est mouens om-
nia immobilis incorruptibilis
altissimus cuius nomen est bene-
dictum et exaltatum exaltatione max-
ima. et Aristoteles in primo de celo et
mundo. Deus est apud quem est
vita fixa sempiterna in secula
seculorum que nec finitur nec de-
ficit. et xij. metha. Deus est no-
bilissimus omnium entium et
nihil eo nobilius

De mundi productione ad co-
gnationem dei

Utrum speculum quo cog-
noscere poterimus deum
esse dicitur mundi produ-
ctio. Nam productum hunc mun-
dum credimus ab aliquo poten-
te sapiente optimoque artifice.
hic autem esse non potuit nisi deus.
Nam si cuncti reges et philosophi quot
quot fuerunt quot sunt et erunt con-
uenirent in unum nec minimum
florem producere possent de no-
uo. Deo ait sapiens .xiiij. c. sa-
pientie. A magnitudine speciei
et creature poterit creator eorum
cognosci. et Augustinus .li. xi. de ciuita-
te dei inquit. Exceptis prophetis
in vobis mundus ipse ordina-
tissima sui mutabilitate et mo-
bilitate et visibiliu omnium pul-
cherima specie quodammodo ta-
cite et factum se esse et nisi a deo
ineffabiliter atque inuisibiliter
se fieri potuisse proclamat. et Aug-
ustinus .li. x. confessionum. Inter-
rogavi de deo meo celum et
lunam et stellas et responde mi-
hi neque nos sumus quod queris et
dixi omnibus qui circumstant for-
res carnis mee dicite de deo meo
aliquid et exclamauerunt voce
magna. Ipse fecit nos. Interro-
gatio mea intentio mea et respo-
sio eorum species eorum. et de
hoc Job .xij. capitu. Interroga

iumenta et docēbūt te volatilia
 celi ⁊ indicabūt tibi loquere ter
 re et respōdebit tibi et narrabūt
 pisces maris. Quis ignorat q̄
 hec omnia manus domini fecerit
 Iactanā⁹ vero libro p̄mo dñi.
 insti. Orpheus inquit vetustissi
 m⁹ poetarum dominum deum ve
 rum ⁊ magnum primogentum
 appellat eo q̄ ante ipsum nihil
 sit gentū et ab ipso cuncta sint
 generata

De creaturarū ordinacōne ad
 cognoscendum deum

Quartū speculū in quo o
 nnes p̄nt inuestigare de
 um eē dicit creaturarū
 ordinacō Omnia em̄ que sunt
 in omniuerso in tanta reūvarie
 tate ordinata sūt ita q̄ Arist. di
 cit in .xij. metha. Nihil natura
 liū aut in celestib⁹ aut in terre
 scib⁹ est sine ordine. videmus
 nāq̄ cōtra uias naturas ignis et
 aque aëris et terre in omni⁹ mun
 di cōseruacione adinuicē cōueni
 re ⁊ indissolubiliter p̄manere v̄
 dem⁹ corpp⁹ omniū ordinatissi
 mos motus videm⁹ re⁹ insensibi
 lium regulatissimos ad suos
 effcūs innumerabiles modos v̄
 dem⁹ corpora superiora in hec in
 ferioza influere et vñ tāta in om
 nib⁹ reb⁹ mēsuā certe ab ip̄o dō
 de quo ap̄ls ad roma. xij .c. ait

Quē a deo sūt ordinata sūt. Iō
 et Arist. i. methoꝝōū .c. v. ait
 Ordinacō eorū que sūt in mun
 do est ex disposicōe p̄mi p̄nci
 p̄ij qui est de⁹ gloriofus

De desideracōe omniū in cog
 nicionem dei

Quintū speculū in q̄ deū
 eē deplēxim⁹ dicit oim
 desideracō. Impossibile
 nāq̄ est eē aliquid in appetitu si
 ue nature siue rāōis q̄n illud sit
 Impossibile ē q̄ graua tenderēt
 deorsum nisi ess̄ centū Impossi
 bile ē q̄ flumina mouerētur ad
 mare nisi ess̄ mare. Impossibile
 est q̄ animalia peterent abuz si
 nō ess̄ abuz quia in .ij. de celo
 et mundo d̄ q̄ natura nō facit a
 liquod factum vanū. ⁊ in .iij. de
 anima Nat̄a nihil facit frustra
 Sed hōmes appetunt cognoscē
 veritatem et habere bonitatem.
 ergo oportet q̄ sit aliqd̄ verum
 cognoscibile quo cognito mēns
 humana quiescat ⁊ aliqd̄ bonū
 diligibile quo adeptō nil vlti⁹
 desiderare queat. Sed hoc i nul
 la creatura inueniri potest. ergo
 oportet ponere deum esse. Sed
 insultant quidam nobis asseren
 tes non eē opus tam p̄lixa di
 scep̄tācōe cōtendere vt deum eē
 monstretur. Credim⁹ aiunt hoc
 et firmiter id tenem⁹ sed v̄tinā

nō sint de numero illoꝝ de qui
bꝝ dicit aplūs ad titū. i. Cōfite
tur se nosce deum factis autem
negāt cum sint abhominati et
incredibiles et ad omne opus bo
nū reprobi. Si deū eē cognoscūt
dominū omnīū vbi eius obedi
entia et filioꝝ obseruācia man
datoꝝ. Si deū credūt omnipotēte
et iustū vbi timor eius. Si deuz
suū benefactore existimant vbi
laus et gloria vbi gradaz actio
O dānabilis et fatua multitu
do cecitatis. qui dicēdo dñe dñe
saluos fieri se putant. hīs dicit
Matth. vii. Non omis qui dicit
mibi dñe dñe intrabit in regnū
celoꝝ. sed qui fecerit voluntatē
patris mei qui in celis est.

De hīs qui plures dicūt eē
deos ad cōuincendū eos vnum
tantum eē deum

Capitulum secundum

Qontra eos qui plures
eē deos dicūt in hoc se
cūdo misterio videlicet in
sistendum est vt plenā veramqꝫ
de deo noticiā habeamꝫ. Nā pa
tū est credere qꝫ sit deus nisi qd
et vnꝫ tantū sit cōfiteamur. et li
cet simpliciter pureqꝫ hoc sit ac
ceptandū tamen ad cōuincēdos
incredulos pbare nitentur qꝫ
deꝫ est vnꝫ quinqꝫ modis

Prīmꝫ dē cōtrañōꝝ solucō
Secūdo scripturaz testificacō
Terā theologoꝝ ratio
Quartus gentiliū et phoꝝ
confessio
Quintus ydolatraū supersticiō

De cognitiōe vniꝫ dei ex cō
trañōꝝ solucōne

Primus modus quo p
bamꝫ qꝫ deus est vnus
dicitur cōtrañōꝝ solucō
Nām qui deos plures esse volūt
arguūt tripliciter. Primo sic ex
ij. topicoꝝ hēt qꝫ plurā bō sunt
meliora paucioribꝫ. s. plures dij
sūt plura bona. ergo meliꝫ eē
plures qꝫ vnū. s. s. fm anselmū
Omne qd eē meliꝫ arca deū est po
nendū. ergo nō est ponē plures
deos. Secūdo arguūt. qꝫ apłs
dicit. i. ad cor. viij. Diquēde sūt
dij multi et dñi multi. Terco ar
guūt. qꝫ vnū qd qꝫ pfectū cū pōt
pducere sibi simile. sed diuina
eēcia est pfectissima. ergo pōt
eēciam sibi simile pducere sed
eē et posse in diuinis idem sunt
fm dyonisiū. ergo eēcia diuina
pducit aliā eēciā. et aliā aliā
in infinitū. s. ad primū argū
mentū respōdet Bona. in. x. dij
qꝫ dictum phi. habet veritatem
in bono creato et finito quod ra
tione sue finitatis recipit boni
tatis augmentum per additio
nem alterius boni. Non autem

intelligi potest de bono infinito qd auctu no potest. Ad secudu dicit Bona. iij. di. i. qd hoc nom deus sumitur triplater

- Primo nuncupatiue
- Secundo adoptiue
- Tercio naturaliter

Apstol9 ergo dicit qd fut dij multi nūcupatiue. Un ad phil. ij. c. dixit. Apstolus de gulosis Quoz deus venter est r de ami as dei dicit psal. Ego dixi. dij estis et filij excelsi omes. Ad ter tū obiectū dicit Richard9 m. i. di. ij. qd illud qd adducit de pro ductione similis intelligendum ē in generabilib9 et corruptibili b9 neq; ppterca iudicam9 solem impfectum qd nō pōt aliū solem generaē nec angelū qd nō pōt ge nerare aliū angelum

De cognitione vni9 dei ex scā pturatum testificacōne

Secund9 mod9 quo pro bam9 qd deus est vn9 di citur scripturaz testifi catio. Inspiciantur omnes scāp ture tam veteris qm noui testamē ti et inueniemus qd deus vnus vndiq; pclamatur. Vnde exo. xx. Non habebis deos alienos. et Deut. iij. Non est aliū deus neq; in celo neq; i terra. et Deu teronomij. iij. Pāto et cogita i corde tuo qd dominus ipse sit de

us in celo sursum et in terra de orsum et nō sit ali9. et Deutero. ix. Audi israhel dñs de9 tu9 vn9 est. et Deutero. xxxij. Videte qd ego sum sol9 r nō sit ali9 de9 ex me. et. ij. Re. vij. c. Magnifica tus es dñe de9 quia nō est simis lis tui neq; est de9 extra te. r. iij. Re. xix. Tu es de9 sol9 omnū re gum terre. et. ij. Paralipo. ij. c. Magn9 est dñs de9 noster sup omnes celos. et Judith. ix. Tu es de9 r non est ali9 preter te. r Dauid psalmo xvij. Quis de9 preter dominum aut quis deus preter deum nostrum. et psal. lxxi. Benedict9 domin9 de9 qui facit mirabilia magna solus. et psal. lxxxij. Tu solus altissim9 in omni terra. et psalmo. lxxxv. Magnus es tu r faciens mira bilia tu es de9 solus. et Papiēs ecclesiasticā pūmo. Un9 est a lūi sim9 crea tor omnipotens rex me tuendus nimis. r ecclesiasticā. xxxvi. Non est aliū de9 nisi tu r Psal. xli. Ego dominus pū mus r nouissimus. r Psal. xlv. capitulo. Ego dominus r non est aliū r extra me non est de9 Et idem habetur de summa tū nitate r fide catho. ca. i. r xxx iij di. c. Quī epus. r. xlv. di. c. De iudeis. r pūma questione pūma capitulo Hij q. r capitulo Pau liamste. r. xi. q. iij. capitulo Ad mensam. r. xxij. q. iij. capitulo

Si quis. et. xxiii. q. i. c. loquitur
7. xxvi. q. vi. c. No licet. 7. xxvii
q. v. c. Puto

De cognitione vniuersi dei ex
theologorum ratione.

Tertius modus quo p
bam qd deus est vnus di
citur theologorum ratio.
Sunt apud theologos quinque ra
tiones pape quibus concluditur
qd deus est vnus.

- Prima dicitur potestatis.
- Secunda caritatis
- Tercia intellectus infinitatis
- Quarta bonitatis
- Quinta causalitatis

De prima ratione theologorum
scilicet potestatis dei ad ostendendam
dei vnitatem

Prima ratio dicitur potestatis
qua ponit Bona. di. ii. i.
dicens Stat enim ista qd
deus sit omnipotentissimus ergo
poterit facere qd omnis alia poten
tia a sua nihil possit. ergo si sunt
duo dii diuersi in natura hoc po
test vnus facere de altero qd aliter
nihil possit et e converso si cui po
tentia potest auferri non est deus. qd
non sunt duo nec plures dii. Hac
ratione tangit Lactantius in i. li.
diuini. insti. dicens. Sit igitur nra
operis questio illa consequens
atq; secunda. Vt pte vniuersi di

mundus regat an ve multorum
nemo est qui dum sapiat ratione
q; seculi putet qui non vnus est in
telligat qui et condiderit omnia
et eade qua condidit virtute mo
dere. qd enim multis opus est ad
mundi regimem sustinendum nisi for
te arbitremur. si plures sint mi
nus habere singulos nervorum atq;
virtutum quod quidem faciunt hi qui me
tos esse volunt qd necesse est imbe
cilles esse siquidem singuli sine aux
ilio reliquorum tante molis guber
naculum sustinere non possunt. deus
autem qui est eterna mens ex omni
vtriusque parte perfecte consummateque vir
tutis est. qd si verum sit. vnus sit
necesse est. potestas enim vel vir
tus absolute retinet suam propriam
firmitatem. Ad autem solidum est
existimandum cui nihil decidere.
Ad perfectum cui nihil possit acce
dere. Hec ille

De secunda ratione theologorum
scilicet caritatis ad ostendendam dei vni
tatem

Secunda ratio ad vnitatem
dei ostendam dicitur carita
tis que ponit ab eodem
Bona. vt supra. Nam si sunt duo
dii diuersi quorum vterque est sum
mum bonum aut vnus diligit alterum
vt diligendus est aut non. si sic
cum vterque sit summum bonum
vterque diligendus est amorem fru
itionis. ergo vterque fruatur al
tero sed qui fruatur alio bono a se

indiget illo . ergo uterq; est in-
diges ergo neuter de9 si vn9 nō
diligat aliū . ergo null9 de9

De tertia rāōe theologorū
sc3 infinitatis intelled9 ad oste-
ndendam deivnitatem

Tercia rāō dicitur intelle-
d9 infinitatis . Hanc po-
nit Scot9 . di . ij . p̄mi di-
cens . Quia intelled9 diuin9 est
infinitus . intelled9 diuin9 cog-
noscit qdāq; intelligibile perfe-
ctissime q̄tū est intelligibile i se
Si sūt duo dij sūt A ⁊ B A ergo
cognoscit B p̄fectissime q̄tū B
est cognoscibile . Sed hoc ē im-
possibile quia aut cognoscit per
B eēndāz aut nō . Si nō et B ē
cognoscibile p̄ eēndāz . ergo n̄
cognoscit B p̄fectissime q̄tū B
est cognoscibile . Nichil enim
cognoscibile p̄ eēndāz p̄fectissi-
me cognoscit nisi cognoscat per
eēndāz suā vel p̄ aliqd̄ p̄fectius
includens ipsā eēndāz q̄ sit ip-
sa in se . eēndāz autē in B in nul-
lo p̄fecti9 includit q̄ in B . q̄
tūc B nō est de9 . Si autē cog-
noscere9 A per eēndāz B . ergo a-
ctus ipsi9 A est posterior natura-
li eēndāz ipsi9 B et ita A nō erit
de9 . Qz act9 ipsi9 A sit posterior
ipso B . Probo . Quia omis act9
cognoscendi q̄ nō ē idē obiecto
ē posterior obiecto neq; em̄ p̄or
neq; sibi nā erit actus cū obiecto

plio ab adu . quia tunc act9 pos-
set intelligi sine obiecto sicut e-
couerso

De quarta rāōe theologorū
sc3 bonitatis ad ostendendam dei
vinitatem

Quarta rāō dicitur boni-
tatis . hec est Tho . li . i .
contra gentiles . c . xliij .
ubi ait . Impossibile est esse duo
summe bona qz quod p̄ supaban-
dāz dicitur om̄ soli conue-
nit . sed de9 est summum bonuz
ergo est vn9 sol9 .

De quinta rāōe theologorū
sc3 causalitatis ad ostendendam
deivnitatem .

Quinta rāō dicitur cau-
salitatis que ponitur a
petro de aquila di . ij . p̄-
mi . Dicit enim sic . Ponatur qz
sint duo dij et vnus velit petrum
producere ⁊ alius non aut Pe-
trus producat aut non . si sic
ergo ille qui non vult non erit
deus . si non . ergo ille qui vult
non erit deus . Si dicas qz p̄pi-
gere pacta ⁊ ita sunt conco rdes
non valet quia eiusdem e ffcūs
non p̄nt eē due cause totales in
eodem ordine cause sed infinita
potencia est causa totalis esse
ctus in rāōne cause p̄ime . er-
go rē .

De cognitione vniuersi dei ex
gentilium et philosophorum con-
fessione

Quartus modus quo p-
bamus qd deus est vnus
dicitur gentilium et phi-
losophorum confessio. Dicit enim
Lactantius libro primo diuina-
institutionum. Poete quibus des-
os carminibus ornauerunt et eo-
rum res gestas amplificauerunt
summis laudibus. Sepissime ta-
men confitentur spiritui vel men-
te vna contineri regis omnia. Et
Augustinus li. viij. de ciuitate
dei inducit platonem qui ait.
Deus est vnus verus et opti-
mus qui cuncta precellit. et Ari-
stoteles. viij. phisicorum. Vnum
inquit mouens magis quam multa
oportet existere. et in. xij. metha-
phus inquit dominatus et vnus
princeps. et Lactantius libro pri-
mo diuinarum institutionum post-
quam enumerauit opinioniones Tale-
tis milesij pitagore anaxagore
antiscemis cleantis crisippi et ze-
nonis qui de deo varia sunt lo-
cuti concludit dicens. Horum ta-
men sententia quam sit incerta
eodem tamen spectat ut pruden-
tiam esse vnam consentiant

De cognitione vniuersi dei ex
paganorum superstitione

Quintus modus quo p-
bamus qd deus est vnus
dicitur paganorum su-
perstitione. Nam pagani qui deos
multos sibi preferebant supersticio-
se quidem ad talem deuenerunt
insaniam. Nam ut inquit Tho-
mas. xxij. q. xxiij. aliqui non con-
siderantes deum sed admittentes
pulchritudinem et virtutem crea-
turarum ipsas pro deo sunt ve-
nerati. De quibus sapienter. xij.
sic scribitur. Nam sunt omnes
homines in quibus non subest
scientia dei. et de hijs que vide-
tur bona non potuerunt intelligere
eum qui est neque operibus atten-
dentes cognouerunt quis esset ar-
tifex. sed aut ignem aut spiritum
aut titanem aere aut gyrum stel-
larum aut nimiam aquam aut so-
lem aut lunam. rectores orbis
terrarum deos putauerunt. Et eu-
sebius paphilij libro primo de
euangelica preparatione inquit
Pyrodox de prima hominum theo-
logia scribente. audiamus. Egi-
ptios fuerunt primos omnium cum
in celum oculos sustulissent mo-
tum ordinem et quantitates ce-
lestium corporum admiratos sole
ac luna deos putasse. et ibi pla-
to in cratilo. sic scribit ad verbum
Videntur mihi primi grecorum
eos solummodo deos putasse quos
etiam nunc multi ex barbaris
colunt solem videlicet ac luna
tellurem stellas ac celum. Nam

cum ipsa cernerent theim semp
 hoc ē curere atz reuoluū ab hac
 ipsius theim natura theos .i. de
 os appellarunt. Nonnulli vero
 moti sunt propter inordinataz
 affectionem ad suos et cum de
 fundi eēt statuas in eorū me
 moriam dedicarunt quas auz fa
 muli ad complacēdā domi
 noz salutaē veneratqz cepissent
 mox demones illas ingressi re
 sponsa dare ceperūt quare ⁊ sta
 tuis diuinis honore est cōsecra
 tus. **Unde yfido. libro .x. ethi.**
 refert qd a mīno cetera sunt ydola
 modo qui sequitur. **Mortuo**
 siquidem bello patre eius mīn⁹
 in solacū doloris fieri fecit ima
 ginem patris sui. cui multaz ex
 hibebat reuerētiaz. **Proinde** ho
 mines regionis sibi blandire vo
 lentes diuinis honores imagi
 ni exhibere ceperūt. **Hoc exem**
 plo plures ceteris suis mortuis i
 mages ceperunt dedicare. **Et**
 sicut ab idolo belli cetera traxerūt
 originem. ita ⁊ ab eius nomine
 nomina generaliter acceperunt.
Sicut em̄ belus diū⁹ est ab as
 sirijs sic et alie nationes scdm
 ydeomatū et linguarum varie
 tates alie beel alie bel alie baal
 alie beelphogor alie beelzebub e
 orz ydola vocauerunt. **Quos** i
 taz pagani deos dicebant ho
 mines fuisse monstratur. et p
 omnis cuiusqz vita vel meritis
 apud suos coli ceperunt. **Et a**

puḍ egiptios isis apud cretam
 iupiter apud mauros iuba a
 pud latinos faunus apud rōa
 nos quatinus apud atixeniēses
 minerua ⁊ in quorum laudib⁹
 accesserūt poete qui eos in celū
 compositis carminibus extule
 runt. **Sunt** et alia multa que
 nos breuitatis cā dimittimus.
Igitur vt scribitur de sūma tē
 mitate et fide catholica. **cap. i.**
 firmiter credimus ⁊ simpliciter
 confitemur qd vnus solus est ve
 rus de⁹ eternus incommutabil.

De tēmitate personali.

Capitulum tertium

De altissima tēmitate ā
 mō dicēdū erit. **Qm̄** li
 cet vnam veraciter dei
 confiteamur naturam vnamqz
 substantiā tam tres in diuinis
 personas fideliter proclamam⁹
Ad cuius rei pleniorē habē
 dam noticiam quinqz de ipsa in
 effabili tēmitate occurrunt cō
 sideranda.

- Prīmū naturalis cognitio
- Scdm̄ sc̄pturę p̄nunciatio.
- Tertiū superna reuelatio
- Quartū p̄sonarū terminatio
- Quintū fidelium obligatio

De cognitione tēmitatis di uinarum personarum.

Diximus quod considerandum
occurrit de trinitate de
naturalis cognoscendi
dendum est ut per rationem natura-
lem possit cognosci trinitas per
sonarum diuinarum. Et videtur Ale-
xander in i. summe. et th. i. pte.
q. xxxij. q. impossibile est per ratio-
nem naturalem ad cognoscendum trini-
tatis venire quod hoc per rationem naturalem
in cognoscendo dei venire non potest
nisi ex creaturis. creature autem
ducunt in dei cognitionem sicut ef-
fectus in causa. hoc ergo solum ra-
tione naturali potest de deo cogno-
sci quod coexistere ei necesse sit si deum
quod est omnium entium principium
virtus autem creatura dei est com-
munis toti trinitati. unde pertinet
ad unitatem eandem non ad distin-
ctionem personarum. Per rationem er-
go naturalem cognosci potest de deo
ea que pertinent ad unitatem ean-
dem non autem ea que pertinent ad di-
stinctionem personarum. Qui autem
probare nititur trinitatem personarum
naturalis ratione fidei dicitur deo-
gare. Primum quidem quantum ad di-
gnitatem ipsius fidei que est ut sit de
rebus inuisibilibus que rationem hu-
manam excedunt. Secundo quantum ad
utilitatem trahendi aliquos ad fi-
dem. cum enim aliquis ad probandum fidem
inducit rationes que non sunt cogens
tres credit in derisionem infidelium que
credunt quod homini rationibus imitari-
mur et propter eas credamus. Deo

dicit Hilarius libro de trinitate
Non putet homo sua intelligen-
tia sacramentum generationis et pro-
cessionis se posse consequi. Et dy-
onysius li. de di. no. Non est in-
quit audendum dicere aliquid nec
cogitare de super substantiali oc-
cultis diuinitate propter ea que di-
uinitus nobis ex factis eloquijs
sunt expressa. Notandum tamen secundum Jan-
dul. in i. di. iij. q. possumus pro-
pymaginem venire in cognitionem
trinitatis in diuinis non tamen
suppositorum sed personarum ut
arguatur sic. Omnis perfectio
que est in nobis eminens est in
deo. Ita conceditur a philo. q. con-
cederet quod species superior contine-
ret virtualiter omnem perfectio-
nem inferioris remota imperfec-
tione sed perfectio est in no-
bis mens notitia et amor. ergo
arguitur esse in deo. Istud accep-
tat a philosopho qui in xij. me-
thaphi. ait. quod in deo est summus
intellectus et summum intelligen-
re et summa voluntas summe volu-
ptuosa. id est gaudiosa ubi Co-
mentator commento xxxvij. p-
bat quod in deo est intellectus et vo-
luntas et actus eorum quibus non pro-
ditam et vel intentionem. Hoc idem
est in fine comenti. xxxvi. quod in deo
est trinitas perfecta sed dicit quod
hanc trinitatem putauerunt christi-
ani esse trinitatem suppositorum
et illud ipse negat sed male negat

hoc dicit **Aug.** **vij.** confessionū fu
 isse de mente platonis. et .x. de
 unitate dei. c. iij. fuisse de mente
Porphyrij. Concludendum ergo
 fm **Tho.** ubi supra qd phi non
 cognouerunt misterium diuinam
 personam p. p. que fuit pater
 nitas filio et processio. Juxta
 illud apli. i. ad cor. ij. loqui
 mur dei sapienciam quā nemo
 p. ap. huius seculi nouit scz phi
 losophorū fm glosam cognoue
 runt tamen quedā attributa q
 appropriatur p. somis sicut pote
 tia appropriatur patri sapiencia
 filio et sp. s. s. bonitas.
Si vero aliquis quereret qd qd
 est ergo necessaria cognitio trī
 nitatis si humana racōe cogno
 sci nō potest. **Respōdet Tho.** qd
 talis cognitio necessaria est no
 bis dupliciter. **Uno** modo ad re
 cte sciendum de creatōe reuz
Per hoc em qd dicitur deū omnia
 fecisse verbo suo. excludit erro
 ponētū deū p. duxisse res ex necē
 tate nature. **Per** hoc at qd pon
 mus in eo p. cessionē amoris oī
 ditur qd deus nō p. p. t. aliqua
 indigentiam p. duxit creaturas
 ne q. p. t. aliqua causam extē
 secam. sed p. t. amorem sue bo
 nitatis. **Secūdo** fuit necessaria
 cognitio trīnitatis ad recte sci
 endum de salute generis huma
 ni que p. ficitur per filium. incar
 natum

Secundum qd considerandum

occurrit de trīnitate dicitur scri
 pturē p. nunciā cō. In veteri nāq
 lege sepius pluralitas persona
 rum est p. signata. Nam scribit
 genesis primo. In principio cre
 auit deus celum et terram. scd
Nicolaum de lyra hebraica veri
 tas habet. In principio he loym
 creauit celum et terram. He lo
 ym autem est plurale huius nō
 minis. Hel. sicut patet scienti
 bus proprietates ydeomatis he
 brei. per hoc autem qd nomē plu
 rale diuinū cōiungitur cum ver
 bo singularis numeri. cum dicit
 creauit he loym. ac si diceret cre
 auit dij. ostēdit scripturā qd in
 deo est aliqua pluralitas in om
 nitate eēnāe et talis modus frequē
 tissime in veteri testamēto inue
 nitur. **Sed** contra hoc respon
 dent iudei dicentes. qd hoc nomē
 he loym qn ponitur pro deo im
 p. p. t. dicitur et indifferenter
 accipitur pro suo plurali et sin
 gulari. quando autem de deo ve
 ro dicitur semper accipitur i sin
 gulari. et sic sumitur in proposi
 to quando dicitur. In principio
 creauit he loym. i. deus. Ad quā
 solutionem m. f. gendam argu
 it nicolaus de lyra ex textu sa
 cre scripturē quia hoc nomen he
 loym quando ponitur pro deo et
 alia nomina diuinā dicunt frequē
 ter de deo vero in plurali. qd
 patet manifeste quia cōiun
 gitur cū adiectiuis pluralis nūi

Unde **Jofue** ultimo dicitur. Non potestis seruire dño. q̄ ipse dominus sanctus est hebraica veritas habet sic. Non potestis seruire dño q̄ heoloim sancti ipse ē. **Item** **Hebr.** xxij. c. Peruertistis verba dei uiuentis deū exercitiū dei vestri. Hebraica veritas sic habet. Peruertistis verba heoloim uiuentium domini. Et notā dū q̄ ibi ponitur nomen dei thethagramaton cū dicitur in auctoritate premissa dñi exercitiū. Vbi enim habem⁹ domini in hebreo ponitur nomen dñi thethagramaton qd̄ significat diuinā naturam s̄m suas proprietates intrinsecas absq̄ respectu ad extra et sic patet q̄ in intrinsecis diuinitatis ē aliqua pluralitas p̄ pluralitatē immediate p̄cedentem cū dico in auctoritate. Peruertistis verba heoloim. i. deorū uiuentū et coniungitur ista pluralitas nomini di thethagramaton cū immediate subditur dñi exercitiū. Et sic patet p̄ hoc q̄ in unitate diuine eēndie est aliqua pluralitas cum summa simplicitate qd̄ nō est in alijs quia semper ubi scripturā ponit aliquid denotans pluralitatem p̄sonarū ibidem ostēdit eēndie unitatem. **Item** **Psal.** liij. scribitur sic. Dominabitur tui qui fecit te dñs deus exercitiū nomen eius. veritas hebraica sic habet. Domi-

